Ad intelligentiã huius ꝓtis circa tria incidit ꝺ questio. Primo queritꝫ de temptatõne primoꝝ parentũ Scõ querit de diuersitate temptati onũ. Tertio vero incidit hic questio circa quantitatẽ ⁊ qualitatẽ peccati qõ ex illa temptatione est secutum Circa primũ querunt tria. Primo queritur de tempta tione primoꝝ parentũ q̃tuꝫ ad motiuũ. Secũdo q̃tũ ad instrumentũ. Tertio q̃tum ad ordinẽ ⁊ ꝓgressum.

Questio I a

Circa quã sic ꝓcedit. ⁊ querit q̃d mouerit diabolum principaliter ad temptandũ hominẽ. Et ꝙ inuidia vr primo ꝙ illud qõ dr Sap. ij. Inuidia diaboli mors in troiuit in orbem terraꝝ. introitus aũt mortis fuit ꝙ tẽ ptatõnẽ ⁊ seductionẽ hominis. ꝯ ad temptandũ hoiez inuidia diabolũ cõmouit. Itẽ Greg. in moral. In paradiso diabolꝰ inuidens homini superbie vulnꝰ inflixit. ꝯ cũ vulnꝰ inflixerit ꝙ temptationẽ. temptatio fuit in uidia. Item diabolus temptando hominẽ factꝰ est ho micida. sm ꝙ dr Jaco. iiij. Ille homicida erat ab initõ sz homicidiũ ꝓcedit ex odio. odium aũt ꝓcedit ex inui dia. ꝯ a ꝓncipio temptatio hominis in qua diabolꝰ fu it homicida ꝓcessit ex inuidia. Itẽ q̃ desiderat casum alterius sine suo fructu non mouetur ex amore cõmodi tatis ꝓpꝛie. sed ex odio felicitatis aliene. sed diabolꝰ ca sum hominis desiderabat. ⁊ absq̃ suo fructu sicut con stat. ꝯ mouebat odio felicitatis humane ad temptandũ hominẽ. sed tale odiũ nõ est aliud q̃ inuidia. ꝯ tẽ. Sz contra Omnis inuidia est respectu paris vl superioris. sm ꝙ dicit Greg. sup illud Job. Paruulũ occidit inui dia. superioris inq̃ salte sm reputationẽ. sed diabolꝰ nõ reputabat hominẽ superiorez sibi. ꝯ vr ꝙ ei nõ inuidebat ꝯ si ipm temptabat. ꝫ non erat ex inuidia. Itẽ inuidia est respectu boni qõ q̃s aliquo mõ potest acquirere. sz diabolus non poterat venire ad eternã beatitudinez. q̃ lapsus erat irrecuperabiliter. ꝯ vr ꝙ ꝓpter illi⁹ acqui sitionẽ nõ inuidebat homini. Itez inuidia est respectu boni quod desiderat. nullus enim inuidet alicui de ali quo. nisi cum illud amat ⁊ cupit. sz diabolꝰ nec cupie bat mandatis dei obedire. nec ad supernaz patriã ascẽ dere. nec amicus dei esse ꝓpter sui desperationẽ. ꝯ vr ꝙ hoc in homine non inuideret. ꝯ tẽ. Item inuidia nõ est nisi respectu eius qõ natũ ẽ diminuere bonũ ꝓpriũ. sed beatitudinis acq̃sitio nullius bonũ põt diminuere. er go nõ est aliquid quod ab aliq̃ inuideri possit. ꝯ vr ꝙ si diabolus aliq̃ appetitu cadere fecit. ex inuidia motus
5 non fuit. Rº. dom ꝙ sicut ꝓtactũ fuit ista duo pecca ta sunt q̃ maxime possident mentẽ diaboli. superbia ⁊ in uidia. Un sicut habitũ fuit. ē. ⁊ Aug. dicit. Ex his du obus q̃ priꝰ erat lucifer. diabolꝰ factus ẽ. ⁊ sunt quasi hec duo inseparabilia. ita ꝙ vnũ cõitat ad alterũ. Superbꝰ em̃ amat excellentiã. ⁊ ita nullũ vult habere parez. ac p hoc statim appetit excellentiã singulariter possidere. ⁊ iõ statim vel actu vel habitu inuidet. cum nolit bonũ cõ simile bono qõ appetit ab alto cõmunicari. Mens igi tur diaboli ab his duobus vicijs possessa. vicz superbia ⁊ inuidia. videns hominẽ in statu quo poterat cadere sub diabolicã potestatẽ. ⁊ in quo poterat ascendere ad supernam felicitatẽ ex qua ipe ceciderat. ⁊ ex superbia mo tus est ⁊ ex inuidia ad ipsuz temptandũ. Ex superbia nã q̃ vt ipm sibi subiceret. ex inuidia ꝯo vt ipm a supna fe licitate impediret. Ex superbia fuit mouẽs ꝓmũ. inuidia ꝯo sicut mouens ꝓximũ ⁊ immediatũ. Esto em̃ ꝙ non posset dominiũ sup hominẽ acquirere. adhuc studuisz ipm a paradisi gaudijs impedire. Nam scriptura dicit ⁊ eius expositores diabolũ ad temptandũ hominẽ ex in uidia mortis esse. Et concedendo sunt rationes hoc ostẽ dentes. Ad illud qõ primo obijcit ꝙ inuidia est respe ctu superioris vel paris. dom ꝙ nõ solũ ẽ respectu superio 6 ris ꝙ est superior. sed etiã eius ꝙ potest esse. q̃uis aũt dia bolus in statu illo non reputaret hoiem superiorez se. in uidebat tñ ne merito obedientie sublimaret ad statum glorie in quo statu ipm superiorem se nõ dubitaret. Põt etiam dici ꝙ tunc reputabat ipm superiorem se in hoc ꝙ poterat ꝙuenire ad illã gloriã ad quã diabolꝰ ascende re non poterat. Ad illud qõ obr ꝙ inuidia est respectu boni qõ põt acquiri. Respondẽdũ est ꝓ interẽptionez 7 q̃ nõ soluz inuidet aliquis illud qõ põt obtinere. sz eti am illud quod natus est habere q̃uis non possit. sicut truncatus ⁊ cecus inuidet alijs visum. ⁊ ꝓgressum. licz aũt diabolꝰ nõ possit ad beatitudinẽ ꝙuenire. tñ habe bat ad hoc naturalẽ aptitudinẽ. Ad illud qõ obr ꝙ in 8 uidia est respectu boni desiderati. Dom ꝙ inuidia non tñ venit ex desiderio alicuius boni pruati. imo ex odio boni alieni. Quia tñ desideriũ boni ꝓpriũ vr esse princi pium omnis peti tõ põt aliter dici ꝙ inuidia nõ solum mõ est respectu eius boni qõ desiderat. sz etiã respectu eius boni cuius obtentu minuit bonũ desideratuz. vel estimat minus. Et q̃m diabolus desiderat singulariter efferri. tõ exaltationẽ hois estimabat suũ bonũ impedi re. ⁊ tõ inuidebat ⁊ ex inuidia oppugnabat. Et ꝓ hoc pz 9 rñsio ad vltimũ. q̃ ⁊ si hois glorificatio ⁊ exaltatio sm veritatẽ alicuius bonũ nõ diminueret. tñ sm estiatiõem falsam credi potuit eẽ alicuius boni diminutiuũ ⁊ ex illa estiatiõe oriri inuidia. Affectiões ei nõ tñ oriunt ex iu dicijs certis. sz etiã ex suspicatõibus ⁊ estiationibus falsis.

Questio II b

De temptatione primoꝝ parentũ q̃tum ad instrumen tum medium. Et dr in Heñ. iij. ꝙ diabolus temptauit hominẽ ꝓ serpentem. Et ꝙ iste modus nõ fuerit conue niens ostendit primo sic. Quanto temptatio est occul tior. tanto est ad recipiendũ efficatior. si ꝯ diabolꝰ q̃to mior calliditate poterat hominẽ decipe conabat. vi derur ꝙ ipm debuisset tẽptari spũali temptatione abs q̃ aliculus corpis assumptione. Itez tanto temptatio est efficatior q̃to temptans est in suggerendo effabilior sed actus locutionis ꝓprie debet humane effigiei. ꝯ vide tur ꝙ diabolꝰ ad temptandũ magis debuit assumere ef figiem hois q̃ bruti aialis. cum brutũ animal sua locu tione portꝰ esset ad terrorẽ q̃ ad psuasionẽ. Itez q̃to tẽ ptans magis simulat ⁊ induit speciem sanctitatis. tã to magis prevaler in temptando. sz multa sunt anialia q̃ magis suis ꝓprietatibus sanctitatẽ prefigunt q̃ serpens sicut columba ⁊ agnꝰ. ergo vr ꝙ illa magis debuerit assu mere diabolꝰ ad temptandũ. Item instrumẽtũ siue or ganum debet conformari exercitio p ipm facto. sz tem ptatio erat ad decipiendũ. ergo diabolꝰ debuit assume re aial maxime dolosum ⁊ callidũ. sz plus est de dolosi tate in vulpe q̃ in serpente. ergo magis debuit assume re vulpem q̃ serpentem. Ad oppositum sunt rõnes. sz q̃m verũ cõcludunt põt claudi in rñsione. Rº. Ad pre 10 dictoꝝ intelligentiã est notandum. ꝙ modꝰ ille tẽptan di nõ tñ fuit ex diabolica electione sicut dicit Augꝰ. sz etiam ex diuina pmissione. nõ em̃ licuit diabolo tẽpta re omnino quo vellet ⁊ posset. sz eo modo q̃ dñs pmit teret. Concessit aũt diuina sapia q̃ omnia ordinat ⁊ gu bernat ⁊ pmisit ꝙ diabolus temptaret hominẽ in effi gie aialis bruti. ⁊ nõ cuiuscũq̃. sz serpentis. sic enim ex igebat cõgruentia ordinis. Q̃ em̃ homo temptaretur

a diabolo in effigie bruti animalis congruum erat. tuz respectu operis. tū respectu finis intenti. tū etiā respectu dīni intenti. etiā respectu diuini iudicij. Respectu operis q̄ hō natus est inclinari ad bonū vt nūc. maxime ex parte sensibili z brutali. z ideo congruum erat ipsum temptari in effigie animalis bruti. Respectu finis intenti similiter congruum erat. quia ad hoc ordinabatur temptatio vt homo efficeretur similis animali bruto. cum contempto bono incommutabili adheret bono commutabili z ibi ḡhesceret. et ideo ad hoc insinuandum in specie animalis bruti debuit temptari. Respectu diuini iudicij etiam congruum fuit quoniam dominus iustus z fidelis non permittit hominem temptari vltra quod possit. z ideo si patitur diabolū in temptatione ne latere. vt nihilominus possit ab homine deprehēdi et ideo nō passus est q̄ diabolus hominē tēptaret omnino in specie cōsimili. z per hoc nō in specie vel effigie humana. sed potius brutali. Tripler igit congruentia ordinis exigebat. vt homo a diabolo in brutali effigie
12 tēptaretur. Hac etiā triplici congruentia exigente permissus est homo tēptari a diabolo. nō in quolibet animali bruto. sed in serpente. Primū ratione operis. q̄ eīm tēptatio fiebat p̄ suggestionis ingressum que intrat ad cor ad modū serpētis. z ibi viros peccati diffundit. ex quo homo habet spiritualiter mor. ideo vt exterior effigies operi respōderet interiori. cōgruum fuit hominē a diabolo tēptari in effigie serpentis. cuius est serpere z venenū diffundere. z diffundendo hoīem interimere. Respectu etiā finis intenti cōgruum erat. q̄ eīm intēdebat diabolus facie hominis z caput z suptiorem mentem cōuertere deorsū. z totum prosternere. z sic prosternēdo ad malū finem deducere. pponendo sibi premium aliquod delectabile. ideo p̄missus est tēptare in serpente. qui fm totū suum habet terre in suo incessu adherere. Congruum etiā erat respectu diuini iudicij. q̄ eīm ex illa tēptatione. diuino iudicio inter tēptatum et temptātem debebat inimicicia oriri. ideo tēptatio hominis in serpēte debuit fieri quē post lapsum maxime exhorret. z qui maxime sua calliditate insidiatur homini nem ledere. Et sic patet multiplex congruentia quare diabolus permissus est hoīem tēptare in effigie serpen
13 tina. Ad illud ergo quod primo obīcit q̄ temptatio tāto est efficacior q̄to occultior. dōm q̄z si diabolus se manifestaret exterioribus in effigie serpētis nihilominus tamē i illa manifestatione plus se occultabat quā manifestabat. vnde mulier non credidit eū qui loq̄bat in serpēte esse aduersariū. sed etiā potius bonū consiliarium. z ideo ita occulta erat illa tēptatio. sicut si diabolus loqueretur ad cor interius. Aliter respondeti potest q̄ iusto iudicio dei nō est permissus tēptare interius. q̄ nō habebat posse ingredi interius nisi hō prebere sibi aditū. z ideo tēptauit ab exteriori p̄ sensum. z voce sensibili magis q̄ voce spirituali. nō eīm debebat aliter permitti. Ad illud de maiori affabilitate iā patet
14 responsio. verū eīm q̄ si fuisset in effigie humana affabiliori fuisset. sed diuina prudentia nō debuit hoc p̄mittere. sed cautelā diabolī debuit tpare. z ideo concessum est sibi corpus serpētis q̄ tamen habebat faciem virginis. sicut dicit Beda. z reliquū corpus erat serpentis. vt sic ex vna parte posset latere. ex altera deprehendi.
15 Ad illud q̄ obīcitur de amicabilitate iā patet responsio. q̄ sic debuit p̄mitti oīdi effigies amicicie. vt posset deprehendi veritas inimicicie. nā temptatoꝛ q̄ effigiez amicicie p̄tendebat. fm veritatem inimicus erat. ideo

huic operi animal maxime cōperebat q̄ habet aspectum humanū. corpus vero eius aialis q̄ natū est homini esse maxime inimicū. Ad illud q̄ obīciturvltimo de calliditate. dōm q̄ z si sint aliqua aialia callidiora z prudētiora. tamen in nocēdo z insidiando homini serpens est animal callidissimū. Et q̄ calliditas tēptātis erat ad hominē offendendum. hinc est q̄ inter cetera animalia magis p̄missus est temptare p̄ serpentem. 16

Questio III c

De temptatione primoꝛ parentū q̄ztum ad ordinē z p̄gressum. z dicit scriptura z magister in littera q̄ tēptatio incepit a muliere. z p̄ mulierem venit ad virum. Et videt q̄ hic modus p̄grediendi cōperat astutie diaboli. z q̄ etiam debeat a deo p̄mitti. ordo eīm destructionis cōtrarius e ordini cōstructionis. q̄ enim sunt vltima in componendo. sunt prima in resoluendo. sed mulier fuit vltimo facta z formata. g̃ vī q̄ via deformationis et corruptōis a muliere debuit hre exordiū. g̃ tēptatoꝛ debuit eā prius aggredi. Item temptatio exteriꝛ debet conformari interiori. sed in temptatione interiori peccatū ascendit a sensualitate ad supiorem partem mediāte inferiore portione rationis. si g̃ supiꝛ portio est vir. inferiꝛ est mulier. sicut temptatio interiꝛ p̄cedit ad virum mediante muliere. sic et temptatio exteriꝛ. Item cautus pugnatoꝛ citius aggredit in bello illum quem potest expugnare facilius. si g̃ mulier facilius poterat expugnari q̄z vir. videt q̄ p̄gressus temptationis puenire debuit ad virum mediante muliere. Item facilius est alicui expugnare fortem inimicum p̄ domesticum q̄z etiam p̄ seipm. sed vir erat fortis z spūali mente preditus. ergo non vī q̄ diabolus ausus fuerit eum temptare p̄ seipm sed p̄ suum domesticum. ergo mediante muliere temptatio puenit ad virū. Sed contra. Peccatum non tantum est in carne. sed in dei imagine. s. anima. sz mulier z vir equaliter sunt ad imaginem dei. q̄ in anima non est distinctio sexus. ergo videt q̄ temptatō nō magis debuit inchoari a sexu muliebri q̄z a virili. Item mulier nullam habebat p̄nitatem ad peccatum sicut nec vir. z ita erat recta sicut vir. nec caro ei⁹ aliquo modo animā incurvabat. ergo videtur q̄ ita difficile erat mulierē sicut virum ēicere. nulla igit ratio videtur esse ob quam temptatio diaboli magis inciperet a muliere. Item vituperabilius est vinci a muliere q̄z a viro gloriosius est vincere virum q̄z mulierem. si g̃ diabolꝰ maxime refugit vituperium z auiditissime querit gloriā videtur q̄ magis temptationem a viro q̄z a muliere inchoauerit. Item natura audacium ē libenter fortibus occurrere. sed diabolus est audacissimus z p̄cipuꝰ z maxime p̄sumens de suis viribus. g̃ videt q̄ dedignatus fuerit p̄mo aggredi muliebrem sexum. nō igit vī probabile q̄ p̄ius temptauerit mulierem q̄z virū. R⁰. dōm q̄ sicut dicit scriptura z magister dicit in littera. 17
non est dubitandum quin temptatio diaboli a muliere inchoauerit. z p̄ eam puenerit ad virum. Ratio autem huius sumitur ex parte sapientie dei. z ex pte astutie diaboli. Ex pte sapientie dei. dominus enim tali ordine permisit diabolum tēptare. tum propter viri exercitationem. tum etiam ne mulier haberet excusatōnē tum etiā propter eruditionē nostrā. Propter viri exercitationē. quia ipse adeo fortis erat z spirituali mente preditus q̄ non solum poterat resistere serpentis temptationi. sed etiam suggestioni mulieris. z ideo fortiori temptatione p̄missus est temptari. Propter mulierꝭ
po remouendā excusationem p̄mo debuit ab ipa tēpta/

tio incipere. nam si vir primo peccasset. cum vir sit caput mulieris ⁊ dominetur ei. non esset multum mirandum si mulier ei consentiret. immo magnū haberet excusationis colorem. Propter nostram eruditionē etiā hoc pmissum est. in illo enim modo temptandi sensibili cognoscimus nos modū ⁊ progressum temptatōnis inuisibilis. ⁊ sicut ille a serpente venit ad virum mediā te muliere. sic iste a sensualitate puenit ad superiorem portionem rōnis mediante inferiori. Ex parte similiter astutie diaboli potest sumi ratio. Diabolus enim attendebat mulierem esse minoris sapientie. ⁊ debilioris constantie. ⁊ importunioris adherentie. Quia minoris sapientie. erat facilior ad seducendum. ⁊ ideo diabol⁹ seductor p eam voluit sibi facere transitum ac viam. Qz debilioris constantie. facilior erat ad pertendum. ⁊ iō diabolus expugnator aggressus est hominis ciuitatez ex ea parte ex qua erat aditus minus munitus. Quia ꝯo importunioris erat adherentie. cogitauit diabolus q̄ si ipa primo vinceretur. non quiesceret quousq̄ perueterret virum. Unde ōr Eccs. vij. de muliere q̄ laque⁹ est venatorū. ⁊ sagena cor eius. vincula sunt manus illius. ꝓterea diabolus astutus impulsor incepit a sexu femineo. Et sic pt3 q̄ sicut dicit scriptura p omnez modum congruum fuit temptationē incipi a muliere. tuz qz hoc diaboli astutia expetebat. tum qz hoc diuina puidentia disponebat. Unde concedende sunt rōes ad hoc inducte. Ad illud aūt qō primo obr̄ in contrariū

18 q̄ ꝯtum ad imaginem nō est sexuum differentia. dōm q̄ licet in viro ⁊ muliere repiatur imago eque expresse ꝯtum est de natura ipsius anime. qz tn anima q̄diu ē in corpore complexionē corporis imitatur ex ratōne debilitatis compositionis et sexus. cōtrahit anima quādam effeminationem. ⁊ ꝓterea quantum est ex parte nature nisi sit fortitudo maioris gratie facilius incuratur ad malum sexus femineus. ⁊ ꝓterea illud nō co

19 git. Ad illud qō obr̄ q̄ mulier nullaz habuit ad hoc pnitatem. dōm q̄ verum est. non tamen ex hoc sequitur q̄ haberet equalem stabilitatem. ꝯuis em̄ non haberet curuationem in affectu. nec receptionē in aspectu. facilius tamen poterat in hoc incidere ꝯ̄ vir. in quo et natura erat fortior. ⁊ gratia creditur fuisse abundantior.

20 Ad illud qō obr̄ q̄ viruperabile est vinci a muliere ⁊c. dōm q̄ verum est. verumtamē gloriosius est mulierez luctando superare. ꝯ̄ cum viro luctando succumbere. Et quia diabolus si incepisset a viro. timebat ne viriliter sibi resisteret. ideo maiori cautela studuit gloriā adi

21 pisci. Ad illud qō obr̄ q̄ audaces liberi⁹ aggrediunt fortes. dōm q̄ illud verum est vbi ē audacia sine astutia. diabolus aūt nō tm̄ est audax ⁊ procax. immo etiaz astutus ⁊ fallax. ⁊ ideo temptando nō aggressus ē viā difficiliorem. sz potius efficaciorē. Preterea non pmittebatur sibi totam suam exercere potentiā. cum cniz nō vincat nisi volentem. est debilis in pugnando. ⁊ ideo non a fortiori sz a debiliori suam inchoauit tēptatiōez.

Consequenter queritur circa secundū articuluz de modis temptationis in generali. Diuidit aūt magister temptatōnem in eam q̄ est ab hoste. ⁊ in eam q̄ est a carne. sed cum de temptatione q̄ est ab hoste aliqualis possit haberi noticia p ea que determinata sunt supra de potestate demonū. ideo hic queritur de temptatione que est a carne. Et circa hoc possūt queri tria. Primo queritr̄ vtrum carnis sit temptare. Secundo queritr̄ vtrum temptationem carnis a tēptatione diaboli contingat seperi. Tercio queritr̄ cui istarum temptationum difficilius sit resistere.

Questio I d

Circa primū sic procedit. ⁊ ostendit⁹ q̄ carnis sit tēptare Jaco. j. Unusquisq̄ temptat⁹ a cōcupiscentia sua abstractus ⁊ illectus. sed concupiscentia que maxime abstrahit ⁊ illicit est cōcupiscentia carnis. ꝯ̄ ⁊c. Item Cassiodorus diffiniens temptationē. dicit q̄ temptatio ē assimilatio boni ad fallendum. sed appetitus carnalis facit bonum vt nunc. credi esse bonū simpliciter. ⁊ hoc recipit ⁊ fallit spiritum. ꝯ̄ contingit spirituz temptari a carnali appetitu. Item temptatio diabolica nō est aliꝯ̄ suggestio. sed sicut diabolus suggerit homini malitia ⁊ carnis prudentia q̄ est deo inimica. ꝯ̄ si diabolus dicit temptare cum suggerit mala. eadem rōne et caro cum spiritum trahit ad carnalia. Item diabolus impugnat nos temptando. nec est aliud diaboli temptatio ꝯ̄ eius impugnatio. sed sicut impugnamur a diabolo ita ⁊ a carne ipugnamur ⁊ impellimur. ꝯ̄ videt⁹ q̄ sicut temptamur a diabolo. ita vere ⁊ ꝓprie tēptemur a carne. Sed ℣. Hugo de sancto victo. Temptare ē callide 23
experiri. ⁊ quasi quibusdā blandis conatibꝫ ꝓbare. sz experimentum sumere hoc est solꝰ sūe rōnalis. ꝯ̄ nō vr̄ ce carnis. Item temptans differt a temptato. nullus em̄ temptat seipm̄. sz q̄ temptat est homo carnalis. cū igit homo carnalis a carne sua nō differat p substātiā. vr̄ q̄ nullus hō temptet a carne sua. nec ab alia cōstat. ꝯ̄ nulla caro temptat. Item psuasio ordinata ad recipiendū potius est sophisticatio ꝯ̄ temptatio. temptatio enim est psuasio ordinata ad sumendū experimentū. sz caro viciosa directe inclinat ad malum. ⁊ sua inclinatione seducit spiritum. ꝯ̄ carnis ꝓpulsatio potius dz dici sophisticatio ꝯ̄ temptatio. Item q̄cunq̄ aliquis actus de aliquibꝫ subiect⁹ dicit. dicit fm aliquod cōmune in eis reptum. sed deus temptare dicit in scriptura. ⁊ diabolus et homo. ⁊ caro. ꝯ̄ fm aliquod cōmune debet dici. sz caro non vr̄ aliquo mō cōmunicare in aliquo cuz deo ⁊ cum spū angelico. ꝯ̄ vr̄ q̄ ei non possit cōpetere tēptatio. aut si competat hoc erit equiuoce ⁊ fm aliū modum dicendi. ⁊ si sic est. tunc est questio fm quē modū dicit. ⁊ qualiter illa carnis impulsio temptatio appellatur? Rō. dōm q̄ hoc vocabuluz temptare multas bz 24
acceptiones. sicut dicunt illi q̄ significationes vocabulorū studiose rimati sunt. si tamen velimus eius principalem ⁊ precipuam significationem accipe. tēptare ꝓbare est. vnde temptatio dici potest quidam tactus q̄ illud quod tangit ꝓbatur. sicut cecus dr̄ temptare quādo suo tacto vult aliquā certitudinez habere de aliqua re quam tangit. Per hunc modū in spiritualibus temptatio dicit quidā tactus ad ꝓbandum ordinat⁹. Hoc 25
autem potest esse quadrupliciter. Aut quia ille q̄ pulsat intendit ꝓbare ⁊ approbare siue ꝓbatum ostendere. ⁊ hoc modo temptat deus. fm q̄ dicit Sap. iij. Deus temptauit illos ⁊ inuenit illos dignos se. Aut ille qui pulsat intendit probare ⁊ reprobare siue reprobum facere. ⁊ sic temptat diabolus fm q̄ dicit Actuū. v. Cur temptauit sathanas cor tuum mentiri spiritui sancto. Aut q̄ ille qui pulsat intendit solum probare ⁊ experimentū sumere de eo qō est in homine. ⁊ sic temptat homo cautus. ⁊ de hoc Eccī. xxx. Et multis loquelis temptabit te. ⁊ subridens interrogabit te de absconditis tuis. Aut quia ⁊ si pulsans nihil intendat. ad eius tamē pulsationē sequitur approbatio vel reprobatio homis ⁊ sic temptat caro vel carnalis cōcupiscentia. De qua Jaco. j. Unusquisq̄ temptatur a concupiscentia sua,

abstractus ⁊ illectus. A carne em̄ siue a carnis concu/piscentia homo pulsatur ⁊ que si tangitur. cui tactui si/ue pulsationi si consentiat. pbatur ⁊ reprobatur. si ꝰo dissentiat. probatur ⁊ approbat. ⁊ sic recte ⁊ ꝓie carnis impulsio temptatis dici potest. Unde rōnes hoc ostē/
26 dentes concedende sunt. Ad illud quod obiicit in con trarium q̄ temptare est experiri. Dōm q̄ illa ratio ab Aug. non assignatur nisi proprie de temptatione dia boli. si aūt quis generaliter velit eam intelligere. vt se extendat ad omnem temptationem q̄ ad malum ineli/nat. tunc dicemus q̄ intelligit q̄ causam. vt sit sensus. q̄ q̄ temptationem fit experientia ⁊ pbatio. vt cuz homo dignus sit approbari. ⁊ hec tm̄ nō fit a diabolo. sed etiā a carne. Si aūt velit dicere hoc essentialiter esse dictū. tunc dicem⁹ q̄ nomine carnis non intelligitur corpus solum sed ratō carnalis. ⁊ idem ipse homo ꝼm q̄ carna/
27 lis est ⁊ ad carnem ꝺuersus seip̄m temptat ꝼm q̄ spūa/lis est ⁊ diuine legi subiectus. Ad illud quod obiicit se cundo q̄ temptans differt a temptato ꝼm substantiā. Dōm. q̄ sicut iudicare ⁊ iudicari sunt actus diuersorū personaꝝ. nihilominus tm̄ eadem persona ꝼm aliam et aliam surreptionem pōt seipam iudicare. sicut semet/ipm̄ homo iudicat. ⁊ superior portio inferiorem iudicat. sic etiam intelligendum ē q̄ spūaliter ipa sensualitas tē ptare potest rationem. siue homo exterior interiorem. ⁊ ita cum caro temptat spiritū non idem temptatur a se. sed alius ab alio. illa tamen reperi habent in eadem
28 ꝑsona. Ad illud qō obr̄ q̄ persuasio ordinata ad deci piendum potius ē sophisticatio q̄m temptatio. dici po test q̄ temptatio large dicta comprehendit ⁊ sophisti/cationem ⁊ temptationem ꝓie dictam. Sophistica em̄ ꝑsuasione potest homo de alio experimentuz sumere ⁊ ita non valet illa obiectio. q̄ temptatio ꝼm q̄ hic ac/cipit contra deceptionem ⁊ sophisticationē non diui/ditur. Aliter tamen posset dici q̄ temptationis nomē magis translatum est a temptatione materiali in qua est quedam pulsatio ꝼm q̄ cecus dicit temptare. q̄m a tē ptatione illa que est in ratiocinationibus. ꝓ quem mo dum diuiditur contra sophisticationem. vt dicat ali⁹
29 silogismus sophisticus. alius temptatiu⁹. Ad vltimū patet responsio ex predictis. aliquod enim cōmune re/perit in omnibus illis de quibus ꝺr̄ actus temptandi videlz tactu quodaz pulsare. ad quē consequit pulsan/ti probatio. ⁊ hoc prius explanatū est.

Questio II e

Utrum contingat temptationem carnis a temptatio ne diaboli separari. Et q̄ sic videt. Quecunq; diuidūtur ex opposito vnum potest esse sine altero siue separi po/test ab altero. sed temptatio carnis diuiditur cōtra tē/ptationem hostis. g̃ tē. Item diabolus temptauit ho minem primuz. ⁊ temptauit christum. sed nec caro chri sti nec caro hominis primi ad malum impellebat. ergo neuter a carne temptabatur. ergo cum temptarentur a diabolo. temptatio q̄ est a diabolo separatur a temptati one que est a carne. Item esto q̄ diabolus nunq̄ no/bis mala suggereret. nihilominus sensus nostri ad ma lum ab adolescentia proni essent. g̃ omni temptatione diaboli circumscripta adhuc homo temptaret a carne ꝓpria. Item aliud est inquinamentum carnis. ⁊ aliꝺ inquinamentum spūs. sed diabolus impellit ad pecca ta spiritualia. caro ꝺo ad peccata carnalia. ergo cū pec catum spirituale possit esse sine carnali. ⁊ ecōuerso. vī q̄ temptatio carnis sequestrari habeat a temptatione diaboli. Item quecunq; duo sicse habent q̄ vno con/tingit mereri ⁊ alio demereri. illa contigit ab inuicem separari sed temptatio hostis ē materia exercende vir/tutis. temptatio vero carnis semper est a culpa vel cū culpa. sicut dicit magister. ergo vna istaz sequestrari habet ab altera. Item temptatio carnis ⁊ hostis diffe runt sicut dicit magister in littera. sicut temptatio exte rior interior. sed quod est exterius sequestrari habz ab eo quod est interius. ergo ⁊ temptatio carnis ab ea q̄ē a diabolo. Si tu dicas q̄ temptatio que est ab hoste est ita interior sicut temptatō que ē a carne. per hoc nō effugitur. quia cum deus fidelis non permittit homi/nem temptari supra id quod possit. ⁊ alter istoz modo rum ad exercitandum sufficiat. nec homo simul possit esse intentus circa diuersa videt q̄ alio ⁊ alio tempore fiat circa nos temptatio carnis ⁊ temptatio diabolica. Sed contra. q̄ temptatio carnis habeat esse sine tem/ptatione hostis videt. super illud ps̄. Diuerte a malo ⁊ fac bonū. glo. hiero. Mala omnia ab instinctu dia/boli ꝓcedunt. sicut bona ab instinctu dei. ergo nullum peccatum fit in quo diabolus non interponat partes suas. si ergo temptatio carnis via est ad peccatum. vi detur q̄ non possit esse sine temptatione diaboli. Itez motus instrumenti non est sine motu principalis mo/toris. sed caro est sicut instrumentum in temptando. re spectu diaboli. sicut dicitur sup illō Job. ix. Terra data est in manus impij. id est caro in manus dyaboli. er go titillatio carnis non est absq; impulsione diaboli. si igitur hec est temptatio. patet tē. Item ⁊ si non sit ponere primū malum qō non sit ab alio. est tamen po/nere malum quod est initium omnis mali. sicut dicit Eccī. x. Initium omnis peccati superbia. Si igitur di abolus rex est sup omnes filios superbie. ⁊ pater om/nis mendacij. videtur q̄ nullum sit peccatuz quod ali/quo modo non ꝓcedat ab ipso. ⁊ ita ad nullum malu̇z impellit caro absq; diabolo. ergo temptatio carnis nō seperatur a temptatione hostis. Item q̄ temptatō ho/stis non seperar a temptatione carnis similiter osten/ditur. Bal. v. Manifesta sunt opera carnis. que sunt fornicatio. adulteriū. contentiones. emulationes. ire. rixe. inuidie tē. ibi enumerātur peccata carnalia ⁊ spi/ritualia. ergo videt q̄ omnia peccata procedāt a carne igitur ad nullum maluz inclinat temptatio hostis abs q̄ temptatione carnis. Item generatio transfertur a corporalib⁹ ad spiritualia. sed in corporalibus impos/sibile est generari aliquid a patre sine matre. ergo nec in spiritualibus. sed pater omnis peccati dicitur esse diabolus. mater vero caro siue cōcupiscentia. ergo tē. Prima ꝑ se patet. secunda manifestatur ꝑ illud qō dici tur Ezech. xvj. Pater tuus amorreus ⁊ mater tua ce/thea. Per amorreū em̄ intelligit diabolus. per cetheaz vero cōcupiscentia. Et expressius dicit Greg. sup Le/uit. xix. Cōcupiscentia est mater omnis peccati. ⁊ dia bolus pater. g̃ tē. Item diabolus non potest tempta/re bonum angelū nec malum. neq; spiritum separatuz sz solum spiritum carni coniunctum. g̃ videt q̄ adituz non habeat ad mentem nisi ꝑ carnem. g̃ absq; carne nō temptat. g̃ non contingit temptationem diaboli a tē/ptatione carnis separari. Rō. dōm q̄ cum dicimus tē ptationem esse a carne vel ab hoste hoc dupliciter pōt intelligi. Aut sicut a mouente primo. aut sicut a mouē te proximo ⁊ immediato. Si sicut a mouente primo. sic temptatio carnis nunq̄ potest esse absq; temptatione hostis. q̄ omnis carnis temptatio est ex ei⁹ corruptio/ne que ortum habuit a prima hostis tēptatiōe. tēptatō

Et4

tamen hostis pōt esse absq; temptatione carnis. tunc
portissime quando is temptatur in quo nō ē carnis cor
ruptio. sicut fuit in adam ⁊ in christo. vel quando ex
illa temptatione nulla oritur incuruatio. Quando ꝓ
temptatio hostis ad peccatum ptrahit. cum nullū pec
catum sit in nobis quod non habeat ortum ex cōcupi
scentia aliqua. sic temptatio diaboli a temptatione car
nis non potest separi. sic igitur iudicandū est ſm q; tē
ptatio dicit esse a carne vel ab hoste tanq; a mouente ꝓ
mo. Si aūt sic dicat esse sicut a mouente primo ⁊ ꝓ
prie sicut accipit magister in littera. sic sequestrant. et
distantia formali. ⁊ distantia tempali. Distātia forma
li. q; alio modo temptat caro ⁊ alio modo diabolus. ⁊
ad aliud vicium impellit hec. ⁊ ad aliud ille. ⁊ principi
um mouens est aliud ⁊ aliud. Sequestrant etiaz distā
tia temporali. q; aliquo tempore verat diabolus ⁊ in
stigat ad aliquod vicium ad quod non inclinat caro. ⁊
aliquando potest esse econuerso. Et sic isto vltimo mo
do accipiendo ꝓprie temptationē carnis ⁊ temptatio
nem hostis vt accipit magister in lra. concedenduz est
eas abinuicem separi. vt non solum inter vnaz ⁊ alte
ram sit differentia. sed etiam vna possit esse sine altera
30 Unde concedende sunt rōnes que hoc probant. Ad
illud qō primo obiciť in cōtrariū q; omne malum ē ab
instinctu diaboli. intelligendum est sicut a mouēte pri
mo. non sicut a motore proximo. ⁊ iam absente diabo
lo peccatum potest esse a li. ar. vel voluntate propria.
31 vel attrahente carnis concupiscentia. Ad illud quod
obī. q; caro mouet sicut instrumentū. dōm q; hoc verū
est qn diabolus verat carnem. ⁊ verando carnem ver
at spiritū. ⁊ tunc temptatio carnis ⁊ diaboli non po
nunt in numerum. Contingit tamen carnem mediān
te sensualitate sibi coniuncta spiritum nostrum ad ma
lum inclinare etiam diabolo non mouente. ⁊ tunc non
mouet sicut instrumentum sed sicut mouens primū. et
32 hoc modo hz sequestrari a temptatione diaboli. Ad
illud quod obī q; peccatum diaboli est initium omnis
mali. dōm q; hoc non est intelligendum q; sit princi
piuz immediatū respectu cuiuslibet peccati. sz quia an
te peccatum eius non fuit aliud. ⁊ ipsum fuit initium
illius peccati originalis. ex quo est initium ad oēm ma
33 lum. Ad illud qō obī q; omnia peccata sunt a carne.
dōm q; caro sumiť ibi large ꝓ omni cōcupiscentia que
inhesit anime ex coniunctione sui ad carnem. ⁊ sic no
mine carnis intelligitur concupiscentia que est mater
omnium maloz. ⁊ sine hac diabolus nō generat in no
34 bis aliquod peccatum. Et ꝓ hoc patet responsio ad se
quens obiectum de generatione spirituali. accipiť enim
ibi caro ⁊ concupiscentia large. sicut ostensum est. Ex
illo tm̄ non sequiť q; tēptatio diaboli nō possit ee absq;
tēptatione carnis. non em̄ omnis tēptatio diaboli est
peccati generatio. frequenter enim temptat. ita q; nul
35 la sequiť culpa. Ad qō obī q; non temptat nisi homi
nem carnalem. dōm q; hoc non est q; temptatio diabo
li pendeat a tēptatione carnis. sz q; non potest aliquē
temptare nisi quando habet vertibilitatem li. ar. ⁊ est
in statu merendi vel demerendi. ⁊ in quo potest seduci
⁊ hoc solum est quando spiritus rationalis est coniun
ctus carni mortali. Ex illa tamen ratione non conclu
ditur q; caro in temptatione diaboli sit causa precipua
sed solum causa sine q̄ nō.

Questio III f

Cui istaz temptationū sit difficilius resistere? Et q; tē
ptationi carnis videť ꝓ illud qō magister dicit in lra.

Temptatio carnis interior difficilius dēiicitur. q; in
terius oppugnans de nostro contra nos roborať. sz illi
us temptationi difficilius est resistere quā difficilius ē
vincere. ḡ ⁊c. Item Seneca. Nulla pestis efficatior q̄s
familiaris inimicus. sz inimicꝰ carnis est multo famili
or q̄s diabolus. ergo eius temptatio crudelior ⁊ pericu
losior. ac ꝓ hoc ad vincēdū difficilior. Iteē quāto tēpta
tio ē ad nocēdū efficacior. tāto difficiliꝰ ē resistere tępta
tiōi. sz tēptatō carnis efficacior ē ad nocēdū q̄s tēptatio
hostis. q; cū tēptatio hostis sit ererende ſtur materia
temptatio carnis nunq̄s est sine culpa. ergo ⁊c. Item
tanto difficiliꝰ est resistere alicuius ꝑsuasioni quanto
ille qui ꝑsuadet magis amať. sed homo multum diligit
carnem. ⁊ multum odit diabolum. ḡ multo difficilius
est ei resistere impulsiōi carnis. q̄s suggestioni diaboli
siue temptationi. Contra. quanto impugnans est for
tior. tanto eius impugnationi difficilius resistiť. sz di
abolus est hostis fortissimus. sicut dicit Job. xl. Non
est potestas sup terram que ei possit compari. ergo dif
ficilius est eius temptationi siue impugnationi resiste
re. q̄s ei temptationi que est ex carne. Itez quanto tem
ptans est versutior ⁊ callidior. tanto difficilius ē eꝰ la
queos ⁊ cautelas euadere. sed diabolus ē versutissimꝰ
ḡ difficiliꝰ ē eꝰ illaqueationi siue tēptationi resistere q̄s
tēptatiōi carnis. Iteē q̄s to inimicꝰ ē occultior. tāto minꝰ
pōt hō eius impetū dēclinare. sed diabolus ē hostis spi
ritualis ⁊ occultus. caro vero ē hostis manifestus. er
go temptatio siue ꝑclium diaboli maioris ē periculi q̄s
tēptatio carnis. cum maior. igitur difficultate ei resisti
tur. Item facilius superatur quod ē in nostra ptāte
q̄s q; nō est in nra ptāte. sz caro in nostra potestate est.
nam ipsam possumus mortificare ⁊ cum vicīs ⁊ con
cupiscentīs crucifigere. diabolum vero minime. ergo
multo facilius ē resistere eius temptationi q̄s sit resiste
re tēptationi diaboli. Iteē spiritꝰ magis adheret bono
ꝓprio q̄s bono carnis. siue bono interiori q̄s bono inferi
ori. sz diabolꝰ suggerit ⁊ inclinat ad bonū interiꝰ dū tē
ptat de pctis spūalibꝫ. caro vero ad bonū inferius dum
temptat de peccatis carnalibus. si ergo difficiliꝰ repel
litur quod est maioris adherentie. difficilius repellit
temptatio hostis que est de peccato spūali. q̄s tempta
tio carnis que est de peccato carnali. Item difficilius
est resistere violentijs q̄s blanditijs. q; violentum im
portat de sua ratione impossibilitatem siue difficultatē
resistendi. sed diabolus temptat violentando sicut di
cit Hug. caro aūt temptat blandiendo. ḡ difficilius
superatur diabolus q̄s supeť caro. ℟. ad predictoruz in 36
telligentiam notandum ē q; cum queriť. cui temptatio
ni sit difficilius resistere. vtrum temptationi carnis vꝰ
hostis. dupliciter potest intelligi. Aut respectu eiusd̄
peccati. aut respectu alterius. Si respectu eiusdez pec
cati. vtpote peccati carnalis. ad quod instigat caro in
stigat ⁊ diabolus. tunc respondenduz est q; temptatio
carnis est difficilioz ꝓpter coniunctionez carnis ad spi
ritum ob quam magis incuruat animā. ⁊ sic intelligit
magister in littera. ⁊ rationes probant ad primaz par
tem inducte. Si autem intelligatur comparatio fieri
respectu diuersorum peccatorū. vtpote temptatio car
nis intelligatur respectu carnaliū. ⁊ temptatio hostis
respectu peccatorū spiritualium. sic se habent vt exce
dentis ⁊ excessa. Quidam enim homines sunt qui ma
gis sunt proni ad peccata carnalia. vtpote ad luxuriā
q̄s ad superbiā. ⁊ his difficiliꝰ ē resistere temptationi car
nis q̄s tēptatiōi hostis. Quidā aūt sunt q; pniores sūt

ad peccata spiritualia q̄z ad carnalia. vtpote illi q̄ magis desiderant honores q̄z voluptates. ⁊ his difficilꝰ est resistere temptationi hostis q̄z temptatiõi carnis. Si quis aũt sit indifferens ad vtrunq̄z ⁊ equaliter pronus quantũ est de se. ei quodãmodo temptatio carnis est difficilior. quodãmodo temptatõ hostis. Temptatio carnis erit difficilior ꝓpter maiorẽ ⁊ magꝭ intrinsecã ⁊ magis continuã adherentiã. temptatio vero hostis difficilior ꝓpter maiorem boni promissi apparentiã ⁊ ꝓpter latentiorem instigantis fallaciã. Sicut em̃ Hẽ in omel. ostendit. hostis antiquus multa q̄ sunt vicia fm veritatez palliat sub specie virtutũ. Si igit̄ querit̄ que harz temptationũ sit advincendũ difficilior. ⁊ si respectu eiusdem peccati intelligat̄. rñdendum est q̄ temptatio carnis. si respectu diversorz. sic se habẽt sicut excedentia ⁊ excessa. sicut ostensum est. ⁊ sic ꝓcedunt rõnes ad vtrunq̄z ꝓtem. Si aũt querat̄ q̄ eaz magis excedat alterã. dõm q̄ omnis caro corrupit viam suã. ⁊ homines ex maiori parte carnales sunt. ⁊ desideriis carnis obsequunt̄. ꝓpter qõ difficilius est resistere temptationi carnis q̄z hostis. Et ad rationes illas que obiciuntur in oppositũ q̄ hostis ille est fortior ⁊ astutior occultior. facile est respondere. q̄ non pmittit̄ temptare fm totam suam potentiam ⁊ astutiã. immo reprimitur
37 potestate divina. Ad illud vero qõ obr̄ q̄ caro est i nostra potestate. dõm q̄ et si in nostra sit potestate fm ordinem nature. tñ ꝓpter puersitatẽ cõcupiscentie ī multis ⁊ regnat ancilla. ⁊ seruit dña. nimiꝰ amor carnis facit ventrem deum esse hois. ⁊ ideo non est in nostra potestate quousq̄z liberemur de potestate corporis huius adiuuante gratia dei ꝑ iesum christũ dominũ nostrum Tanta em̃ est vis amoris. vt amantẽ amaro quodammodo subiiciat. Uñ ⁊ si filiꝰ sit in potestate patris. nõ est tamen patri facile occidere vel affligere filiuz. sic in ꝓposito intelligendũ est. q̄ nemo vnq̄z carnem suaz
38 odio habuit. sz nutrit ⁊ fouet eam. Ad illud qõ obr̄ q̄ bonum interius magis adheret. dõm q̄ ⁊ si magis adhereat spiritui fm q̄ spũs est non tñ magis adheret sz q̄ carnalis est. nunc aũt fere omnes homines carnales sunt. nec pmanet spũs dei in homine. q̄ caro est. Ad il
39 lud quod obr̄ q̄ diabolus temptat violentijs. dõm q̄ nulli infert violentiaz simpliciter. violentare tamẽ dicitur quodammodo ꝓpter immissionẽ aliquaz tribulationũ que nõ ita mouent affectum sicut carnis incitamenta. nisi caro ibi interponat partes suas.

Onsequenter q̄ritur de tertium articuluz que ritur de quantitate peccati primotũ parentum Et circa hẽ queruntur tria. Primo querit̄ vtrũ primũ peccatũ potuerit esse veniale. Secundo querit̄ vtrũ fuerit remediabile siue remissibile. Tertio querit̄ vtrũ inter cetera genera peccatorz fuerit magis graue.

Questio I 6

Utrum primũ peccatũ hominis fuerit vel potuerit eẽ peccatum veniale? Et q̄ sic videt. In egressu a rectitudine prius curuat̄ aliquid in parua obliquitate q̄z magna. sz obliquitas magna est causa mortalis. ⁊ parua est culpa venialis. ergo cuz cecidit a statu rectitudinis innocentie. ꝓ venale transit ad mortale. ergo prius peccauit venialiter q̄z mortaliter. Item consensum siue electionẽ precedit appetitus. nihil enim eligimus nisi prius illud appetamus. ergo ante consensum primi hominis fuit appetitus. sed ille appetitus erat ad illicitum. ergo erat peccatum. sed non mortale. quia nihil est mortale citra consensum. ergo venale. prius igitur peccauit peccato veniali q̄z peccato mortali. Item contingit aliquid diligere inordinate ⁊ supra deum. cõtingit etiam aliquid diligere ordinate ⁊ sub deo. sed inter hec duo cadit medium vicz diligere aliquid sub deo sed inordinate. si igitur ab extremo in extremũ pueniat̄ ꝓ medium. prius dilexit homo aliquid inordinate sub deo q̄ supra deum. sz primũ est mortale. secundũ veniale. ergo cõ. Si tu dicas q̄ homo in primo statu existẽs non potuit peccare venialiter. ostendit̄ q̄ sic. Primuz q̄ verbum ociosum est peccatum veniale quantũ est de genere suo cum non sit contra aliquod mandatum. sed adam potuerat verbum ociosum dicere ⁊ cũ vtore sua iocari. ergo poterat in statu illo venialit̄ peccare. Itẽ qõ potest in maius potest in minus qõ est ordinatum ad illud. sz adam poterat peccare mortaliter. sz peccatum mortale est maius q̄z veniale. cum igit̄ adam potuit primo peccare mortaliter. potuit primo peccare venialiter. Item est ponere statum in quo nõ potest peccare aliquis venialiter. nec mortaliter vtputa statu cõprehensoris. ⁊ statum in quo potest peccare venialiter vtpote statum viatoris ⁊ statum in quo contingit peccare mortaliter ⁊ non venialiter. sicut statum angeli lapsi. ergo erit ponere statum in quo contingeret peccare venialiter ⁊ nõ mortaliter. sz hic non ẽ status nisi hominis instituti. ergo cõ. Sed contra. Peccatũ veniale veniale est ꝓpter impulsionẽ ⁊ promptitudinem quam hõ habet ad illud. sz primus homo nullũ habuit impulsuz ergo non potuit primo committere veniale peccatum Item in primo homine nullus erat motus bruralis. sz quilibet erat fm deliberationem rationis. sed peccatũ committere cum deliberatione rationis vbi nulla ẽ ꝓpter iras non potest esse nisi mortale. ergo cõ. Item regnũ anime a deo ordinatum erat. sicut dicit Aug. q̄ si ipsa seruaret ordinem sub deo. nihil eriret eius impertum. ergo impossibile fuit hominez peccare nisi prius a deo se auerteret. sed hoc est per mortale. ergo cõ. Item angelus ꝓpter dignitatem sui status non solum peccauit mortaliter. sed etiam irremediabiliter. ergo si status innocentie excedebat statum miserie in magna precellentia. vr̄ q̄ illud qõ in nobis est modo modicuz ⁊ leue. in statu illo esset magnum ⁊ graue. nulla igitur essent ibi leuia ⁊ minuta peccata. sed omnia essent grauia ⁊ mortalia. Item omne peccatum aufert innocentiam. sz qõ auferebat homini innocentiam auferebat immortalitatem. ⁊ quod auferebat immortalitatem inferebat mortem. ⁊ quod inferebat mortem erat mortale. ergo a primo. nullum peccatum poterat esse in primo homĩe qõ non esset mortale. Item si adam primo commisisset veniale. quero vtrum potuit penitere. an non? Si non. ergo fuisset irremediabile. Si sic. ergo ꝓpter venia le peccatum voluisset. ergo passibilis factus esset. et si passibilis. ergo ⁊ mortalis. cum eadem esset in eo ratio passibilitatis ⁊ mortis. ergo necesse fuit primuz peccatum primi hominis vel esse mortale. vel esse irremediabile. vel q̄ aliquid esset veniale ⁊ inferret mortem. que duo simul stare non poterant. Rñ. ad predictorum intelligentiaz est notandum q̄ circa hoc dupler fuit opinio. Quidam enim dixerunt q̄ adam primo peccato peccauit mortaliter. potuisset tamen peccare venialiter. non tñ omni genere venialis. Quoddam enim est veniale ex genere actus. sicut dicere verbuz ociosum ⁊ mendacium iocosum. vl̄ ferre in vsum dissolutũ. ⁊ hẽ veniale non soluz cũ prevenit rõnis iudiciũ. sed etiam cã subsequitur. ⁊ hẽ peccatũ dicũt adã ꝓmo peccare potuisse.

Est ꝛ aliud genus venialis peccati qđ dr veniale a veniendo. q: venit ex surreptione ꝛ pronitate nature corrupte. ꝛ hoc preuenit nō subsequit iudicium rationis ꝛ tali peccato dixerūt adaz peccare non potuisse ꝓpter ordinem originalis iusticie. quo inferior potentia ita subdebatur superiori ꝙ nihil appeteret absq; ei⁹ imperio ꝛ dictamine. ꝛ hec positio satis fuit probabil. Verumtñ cōmuniter non approbant eam doctores theologie. nam improbabiliter bꝫ si quis attendat ad pfectiōem status. ꝛ regulam rectitudinis in qua erat. a q̄ etiam cum nullū haberet impellens exire non poterat nisi cōtemnendo diuinam iusticiam. ꝛ fedando suaz innocentiam. ꝛ corrumpendo naturaz suam. q̄ omnia faciunt primā culpam ade non venialem sed mortalez fuisse. nec potuisse aliter esse. Et iō est cōmunis opinio quam hodie approbant doctores. ꝙ in statu innocentie primo peccato peccauit mortaliter. nec primū ei⁹ peccatum veniale esse potuit. Unde concedende sunt rationes que hoc ostendūt. Ad illud ergo quod obj̄citur
40 ꝙ prius est peruenire ad paruam obliquitatē q̄z ad magnam. dōm ꝙ verum est vbi est curuitas paulatina et per successionem. ibi autem potius fuit fractio q̄z curuatio. vel si curuatio dici debet. ergo incepit in consensu qui fuit mortale peccatum. ꝛ ita inter rectitudinem ꝛ illam obliquitatem non intercedit medium. Et si tu queras vnde hoc? dico ꝙ hoc non fuit ꝓpter immediatam oppositionem rectitudinis ad pcm̄ mortale. sz q: in tali subiecto. quod quidem vel oportebat esse sanuz vel mortuum. Ad secundum qđ obr ꝙ appetitus precedit consensum. dōm ꝙ verum est. sed appetitus q̄ precessit consensum primorum parentū non fuit libidinosus. sed naturalis. extunc aut incepit esse libidinosus. quando voluntas deliberatiua consensit. ꝛ tunc incepit etiam esse mortalis. ꝛ ita non ante cepit peccatum
41 esse q̄z esse mortale. Ad illud quod obr ꝙ medium ē inter diligere ordinate sub deo ꝛ inordinate supra deum. dōm ꝙ ꝛ si sit mediū compando statuz ad statū simpliciter. comparando tamen ad hominem illuz non cadebat medium. Ratio autez huius erat ꝓpter magnā approximationem ad deum. ob quam nihil poterat inordinate diligere quin per hoc deo iniuriaz faceret. ac
42 per hoc supra deum diligeret. Ad illud quod obj̄citur ꝙ poterat dicere verbum ociosuz quod est veniale dōm ꝙ verbum ociosum ei fuisset mortale ꝓpter status perfectionem. Unde ꝙ dicitur aliquod peccatum esse mortale generaliter siue de genere sui actus. hoc intelligendum est respectu nature lapse. Ad illud qđ
43 obj̄citur. quod potest in maius potest in minus. dōm ꝙ illud non est verum. q: non est hominis potentia aliquando ita ordinata ad minus sicut ad maius. vñ maius est hominem mori q̄z febricitare. facilius tamen potest aliquis alicui inferre mortez q̄z febrem. sic et homo primus citius potuit se occidere q̄z deliberare. id est prius mortaliter q̄z venialiter peccare. Ad illud qđ obj̄
44 citur ꝙ quart⁹ status esse deberet in quo posset tantuz venialiter peccare. dōm ꝙ illum statuz nullo modo cōuenit esse. Qꝛ enim aliquot peccatuz sit veniale alicui hoc est ꝓpter magnam pronitatem quam habet ad peccandum. ꝛ difficultatem quam habet ad benefaciendū ꝛ vbi hec sunt est facilitas ad mortale. ꝛ ita nūq̄z est ponere statum in quo peccet venialiter in quo non possit peccare mortaliter. est tamen ponere econuerso statuz sz in quo ꝓtingit peccare mortaliter ꝛ nō venialiꝫ ꝓpꝫ defectum penitentie. hmōi autez est status demonum.

Questio II b

Utrum peccatum quod primo secutum est ex temptatione illa fuerit remissibile vl irremissibile. Et ꝙ irremissibile videtur. Aug⁹. de mirabilib⁹ sacre scripture. loquens de angelo dicit ꝙ resurgere non potuit. quia de sublimissimo statu cecidit. sz homo cecidit de nobilissimo gradu ꝛ statu quem potuit habere in via. ergo si nō potuit resurgere demon. pari ratione nec homo. Itez peccatum ad quod nullam habet homo inclinationez nullam habet excusationem. ꝛ quod omni caret excusatione non est dignum remissione. sed peccatum quod omnino ineptum est ad remissionem est irremissibile. ergo peccatum est irremissibile quod fit sine aliqua inclinatione. sed tale fuit peccatum quod consecutuz est ex prima temptatione. ergo ꝛc. Item morbus qui totam naturam inficit est incurabilis. quia omnino sanitatem ꝛ principium sanitatis expellit. sed peccatuz qđ ex primaria temptatione subsecutum est totam naturā humanam infecit. videtur igit ꝙ fuerit morbus incurabilis. Item adam anteq̄z peccaret non solum habuit naturalia. sed etiam gratuita. sicut ostenditur infra. et hoc innuit glo. Luce. r. vbi dicit ꝙ homo vulneratus fuit in naturalibus. ꝛ expoliatus gratuitis. angel⁹ vero non habuit gratuita sed solum naturalia. sicut ostēsum fuit supra. ergo maiorem corruptionez fecit peccatum hominis in homine q̄z peccatum angeli in angelo sed peccatum quod magis corrumpit minus est aptuz sanari. ergo si peccatum angeli fuit irremediabile. multo fortius peccatum hominis. Sed contra. Penitētia est via ad veniam. sed primus parens postq̄z peccauit. potuit penitere. qđ patet. quia doluit ꝛ penituit. ergo potuit veniaz ꝛ misericordiam inuenire. ergo peccatum eius fuit remissibile. Item dignum est ꝙ qui ab alio deijcitur. ab alio adiuuetur. sed homo cum peccauit alio temptante deiectus est. ergo debuit ipsum habere presidium ꝛ adiutorium ad resurgendum. sed illo habito peccatum hominis est remissibile. ergo ꝛc. Itē peccatum primi hominis totam naturam humanā infecit. ergo si irremissibile fuisset. tota hūana natura dānata fuisset. ergo diuina prouidentia ꝛ dispositio que hominem fecerat ꝓpter beatitudinē fuisset frustrata ꝛ ita esset vana. Item non est maioris stabilitatis culpa q̄z gratia. nec demeritum q̄z meritum. ḡ si culpa adesset irremissibilis. gratia precedens fuisset inamissibilis. ergo si gratiam potuit amittere. pari ratione potuit a culpa resurgere. Questio est igitur ꝓpter quid remissibile fuit peccatum humanum. nō angelicū. ꝓ. 45
dōm ꝙ primuz peccatum hominis qđ ex temptatione diaboli subsecutum est remissibile fuit. Et si queratur ratio huius. dōm ꝙ ex tribus rationibus. vna potest ratio sufficiens colligi. Remissibile nanq̄z fuit peccatū primi hominis. quia erat in carne mortalis. in voluntate vertibilis. in transgressione excusabilis. Carnis mortalitas faciebat remissibilitatem. potuit enim diuina iusticia seueritatem ꝛ equitatem sui iudicij in homie exercere preter eternam damnationem in hoc ꝙ hominem peccatorem morti tradidit. ꝛ hominis innocentis mortem pro satisfactione suscepit. vt sic exerceretur in homine seueritatis vindicta pro culpa perpetrata. vt quemadmodum homo voluntarie peccando deum deseruerat. et seipsum morte culpe occiderat. sic spiritus inuitus desereret corpus. et mors exigatur in pena. sicut commissa fuerat in culpa. Angelus autem per naturā imortalis erat. nec mori poterat nisi morte eterna

viam ligni vite. Quod iuxta literā pōt hoc mō accipi. Quia p ministeriū angelorū ignea custodia ibi ꝓstituta fuit. Hoc eīm q̄ celestes potestates in paradiso visibili factū esse credēdū est vt per angelicū misteriū ibi esset q̄dam ignea custodia. nō tū frustra. sz q: aliq̄d significat de paradiso spūali. Cherubin enī interp̄tat plenitudo scie. hec ē charitas. q: plenitudo legis ē dilectio. Gladi⁹ aūt flāmeus pene tpales sunt. q̄ versatiles sūt q: tpa volubilia sunt. Illa ergo ad custodiā ligni vite iō posita sunt aū paradisum. q: ad vitaz nō rediť nisi p cherubin scz plenitudinē scie. i. charitatē. ⁊ per gladiū versatilē. i. tolerantiam passionū tēporaliū.

Determiat dubiū ortū ex p̄dictis. an scz hō aū pctīm comederit de ligno vite. f

Potest aūt queri vtrū de ligno vite ante pctīm comederit hō. De hoc Augu. in li. de ba-

ɒ Sed forte hoc nō conferebat ⁊c. Innuit magister q̄ lignū illud nō ꝓferebat īmortalitatē. nisi sepe de illo sumereť. Hoc eīm videť esse falsum. quia immortalitas perfecta ponit hominē extra statū aīalitatis. sed frequens comestio ponit hominē in statu aīalitatis. ergo per frequentē vsum ligni nō perduceret ad p fectam immortalitatē. Item frequentatio alicuius rei nō variat effectū fm̄ speciem. sed solum confirmat vel intēdit. ergo si vnica comestio non poterat facere īmortalitatē. videtur pari ratione q̄ nec frequentatio. R⁹. dō. q̄ magister h̄ dubiose loquit. nec sine causa. vtraq̄ enim pars potest sustineri satis p̄babiliter scz q̄ lignum vite vnica comestione cōferret īmortalitatem. Nec huic obuiat q̄ dūs p̄ceperat Ade q̄ de omni ligno paradisi comederet p̄ceptū eīm affirmatiuū nō obligat ad semper. sed p̄ loco ⁊ tempore. Potest etiā intelligi q̄ nō conferret illum effectum vnica comestione sed pluribus. ⁊ hoc quia lignum illud non cōferebat īmortalitatem sicut causa īmortalitatis principalis ⁊ effectiua. sed sicut dispositiua. Et quēadmodū videmus in medicina q̄ frequentata disponit ad sanitatem ad quā non sufficienter disponeret semel sumpta. sic ⁊ in ꝓposito intelligendum est. Et per hoc patent que obiecta sunt. procedunt enim ac si lignum vite esset principale effectiuū īmortalitatis. De effectu autē istius ligni planius habitum est supra. Dec aūt dicta sufficiant.

tis. par. sicait. Recte ꝓfecto intelligunt p̄mi homines aū malignam diaboli pſuasionē abstinuisse a cibo vetito. atq̄z vsi fuisse ꝓcessis. His verbis ostēdit q̄ de ligno vite aū pctīm sumpserint. q̄bus p̄ceptū erat vt de oī ligno paradisi comederint. nisi de ligno scientie boni ⁊ mali.

Quare nō sunt facti īmortales si comederūt de lig̃ vite. g

Quare ergo ꝑpetua soliditate ⁊ beata īmortalitate vesti nō sunt. vt nulla īfirmitate vl etate in deteri⁹ mutarent. Hāc eīm virtutē naturaliter illud lignum habuisse dicitur⁹. Sz forte hoc nō ꝓferebat nisi sepe de illo sumereť. Potuit g̃ fieri vt de illo sumeret semel ⁊ nō sepius. q̄ aliquā morā in paradiso fuisse intelligit. cū scriptura dicat eū ibi soporatū fuisse. quādo costa de latere eius assumpta est. ⁊ inde formata mulier. ⁊ animalia ante eum ducta quibus nomina imposuit.

A D intelligētiam huius partis in qua agitur de gratie adiutorio fm̄ statum nature institute. incidit hic questio circa tria. Primo queritur vtrum homo ante peccatū gratia eguerit. Secundo queritur vtrum ante peccatū gratiam habuerit. Tertio queritur de quantitate gratie quam in illo statu habuit. Circa primum queruntur duo. Primo queritur vtrum homo in statu innocentie circūlcripto dono gratie esset deo accept⁹. Secundo queritur vtrū absq̄z gratia posset exire in opus meritorū.

Utrum absq; dono gratie homo esset deo acceptꝰ in statu innocentie. Et q̄ sic videt Gen̄. j. Vidit deꝰ cuncta que fece. ⁊ erant valde bona. sed summo bono nō pt nō complacere illud qō est valde bonū. si ergo hoc inter ceteras creaturas inferiores principatū obtinebat. videtur q̄ ipe valde bonus erat. ⁊ si hoc. ergo deus illum acceptabat. Item Sap. xj. Diligis omnia dñe ⁊ nihil odisti eorum que fecisti. sed homo in statu innocentie nihil habebat qō esset dignū odio. ⁊ totū qō habebat a deo factum erat. ergo deus ipsum toraliter diligebat. sed qō sic a deo diligit ab eo acceptat. ergo ꝛc̄.

Item Prouer. viij. Ego diligentes me diligo. sz homo fm̄ statum nature institute diligebat deū ꝓpter se et super omnia quia rectus erat. ergo videt q̄ etiā ꝓter omnē gratiā deus cum amabat. ⁊ si hoc. ergo deo acceptus erat. Item artifex creatus cōplacet sibi in opere suo. ⁊ illud acceptat quādo ipm̄ fabricat fm̄ voluntatē suam. sed deus qui est summꝰ artifex hominē formauerat ad imaginē suam. ⁊ optima rōne cum cōditerat. ergo videt q̄ ex naturalibus sibi datis homo deo placebat. Item nihil est qō plus faciat animā caram deo ⁊ acceptam q̄ sit tota pulcra ⁊ nulla sit in ea macula. sed anīa ade in statu innocentie tota erat pulcra. nulla erat in ea macula. quātum erat ex naturali conditione. ergo absq; omni gratia supaddita deo erat acceptа Item aut deus poterat facere aliquā creaturaz ita bonam q̄ ex puris naturalibꝫ sibi placeret. aut nō. Si nō videt q̄ nō esset omnipotēs. Si sic. ergo nō videt q̄ ad hoc q̄ natura placeat deo necessariū sit supaddi donū gratie. si igitur homo ꝓfecte cōditus fuit fm̄ exigentiā status nature. videt q̄ deo placebat absq; omni dono gratie supaddite. Sed cōtra Heb. xj. Sine fide impossibile est placere deo. sed fides est donū supadditū nature fm̄ q̄ dr. j. Lor. xij. ḡ sine dono gratie nature supaddite nullus potest placere deo. Item Sap. vij. Neminē diligit deus nisi illū qui cū sapientia inhabitat. sed sapientia est donū dei nature supadditū. fm̄ q̄ infra subiungit. ix. c. Mitte illam de celis sanctis tuis ⁊c̄. ergo absq; dono gratie nature supaddite impossibile est dei amicū esse. Item Dyo. in li. de angelica ierarchia. lex diuinitatis est inferiora p̄ media. ⁊ media p superiora reducere. sed media bona sunt potentie naturales. bona maxima sunt gratia ⁊ virtutes quibꝫ nō contingit male vti. ergo fm̄ rectū ordinē anīa nō potest ad deum redire nec deo placere. nisi ꝓficiat p̄ donaꝫ virtutum ⁊ gratie. Item nihil excellentiꝰ est fm̄ naturā in homine q̄m ipa imago. sed imago indifferēs est ad ℔ acceptandū ⁊ nō acceptandū. ḡ ad ℔ q̄ aliqua anīa a deo acceptet. necesse est vltra naturalia ei aliqō donū naturе supadditū. Ite quotiēscūq; deꝰ aīam acceptat. eā in ꝯiugiū sibi desponsat. Vñ ⁊ aiam dicit sponsam suā in Cant. Sz quātūcunq; aliq̄ creatura sit excellēs. semp in infinitū est deo inferior. ḡ nunq̄ digna ē in ꝯiugiuz assumi. nisi deꝰ ex mera liberalitate condescēdat. ⁊ hoc ē ꝓstare gr̄am. ḡ ⁊c̄. Ite cum deꝰ hominē acceptat. filium suū reputat fm̄ q̄ dicit Johānis. j. Dedit eis potestatē fi. dei fi. Sz creatura quātūcunq; sit nobilis semper est dei serua. sed seruꝰ nō pōt adoptari in filiū q̄n fiat ei gr̄a. ḡ impossibile ē q̄ aliq̄ creatura acceptet a deo sine munere gre supaddite. Rn̄. ad p̄dictoꝝ intelligēdū etiam ē notandū q̄ dupliciter ꝯtingit dicere aliq̄d acceptari a deo. Uno mō quadā acceptatione generali. vt idē sit acceptare aliq̄d qō reputare bonū. ⁊ in bono cōseruare. ⁊ hac acceptatōe nō oīa acceptat creatura rationalis. sed etiā oīe opus dei. Est etiā alia acceptatio spēalis qua dr deus acceptare illud qō dignū reputat eterna beatitudine. ⁊ tali acceptatōe nō acceptat deus nisi creaturā rōnalem. Illa em̄ sola est que eꝰ capax et ꝓpriceps ee potest. Hanc aūt creaturā rōnalē tunc acceptat. cū consecrat in templū. ⁊ adoptat in filiū. ⁊ assumit in ꝯiugiū. Nam aīe sancte que deo placēt. ⁊ dicūt templū dei. ⁊ dicunt filij dei. ⁊ dicunt spōse dei. fm̄ qō colligit ex nouo ⁊ veteri testamēto. Primū genus acceptationis nō requirit supaddi donū gratie vltra ea que sunt de cōditione nature. Scōm vero genꝰ acceptationis nō potest nō esse gratuitū. tum ꝓpter gratuitam dei ꝺdescensionē. tum ꝓpter creature exaltationē vltra terminos siue status nature. Gratuita nāq; ꝺdescēsio in huiusmodi acceptatōe necessario requirit. Qm̄ em̄ deꝰ imensus habitare velit in aīa vt in tēplo. q̄ iterum velit seruū reputare pro filio. q̄ ancillā suam assumere velit in coniugiū. hoc nemo dubitat esse iure gratie ⁊ condescensionis liberalissime. Creature etiā sublimatio in tali acceptatione vltra statum nature repert. Qm̄ enīz creatura ꝺsecretur in templū. adoptetur in filium. assumatur in coniugiū. hoc est supra naturale complemē tum omnis creature. ⁊ ideo nec cōsecratio. nec adoptatio. nec vnio anīe ad deum fit per aliquā ꝓprietatem nature. sed per aliqō donū gratie superadditū qō animā consecret vt sit templū. assimilet vt sit dei filia. q̄ faciē decoret anime vt apta sit esse dei sponsa. hec aut̄ omnia facit gratia gratūfaciēs. cui est adeo iuncta dei cōformitas. vt nullo mō possit deo dissimilis fieri. Ideo iuncta spiritualis venustas. vt nullo modo possit deformari. ⁊ ideo reddit animā deo acceptam. Et est ratio acceptandi fm̄ illas tres ꝓprietates predictas. q̄ quidem conueniunt ei nō fm̄ tropum aut transsumptionem. sed fm̄ veritatē aut fm̄ ꝓprietatē. Et sic patet q̄ homo in statu innocentie gratia gratūfacente indigebat ad hoc vt deo placeret. Et hec necessitas sumpta est ex parte modi acceptandi. Posset nihilominus et alia ratio sumi ex parte acceptantis. Deus em̄ qui omnia fecit in gloriam suā. ⁊ nullius indiget laude. potissime requirit a creatura rationali bonorē. Et quia honorem deo exhibemus quādo in ipsum oīa referimꝰ tanq̄ in omniū autorē ⁊ finem. nō decreuit deus hominem ꝓducere ad perfectionē glorie per aliquid qō ortū haberet ex nature ꝓncipijs. sed per munus additū naturalibus. vt ex hoc homo magis deo gratus existeret ⁊ totius salutis sue deo opus attribueret. Et sic patet q̄ nemo potest acceptari a deo absq; munere gratie superaddite nature. ⁊ ꝺcedende sunt rationes ad hoc inducte. Ad rōnes vero ad oppositum planum est respondere ex his que dicta sunt. Nam due ꝓme auctoritates intelligunt de acceptatione ⁊ dilectione fm̄ generalem modū. nos aut̄ loquimur hic de acceptatione fm̄ modū spēalē quo deus acceptat ipsam animā vt reputet eā dignā eterna gloria. 6

Ad illud qō obijcitur ego diligentes me diligo ⁊c̄. Dicendū q̄ illud intelligitur de dilectione charitatis que nō est absq; gratia. ⁊ hec plurimum differt a dilectiōe naturali qua homo diligebat deum ꝓpter se ⁊ super omnia sicut ostensum est supra dis. xij. 7

Ad illud qō obijcitur q̄ artifex creatus complacet sibi in opere. dōm q̄ istud est verū de illa generali acceptatione ⁊ complacentia qua aliquis reputat aliquid esse bonum. sed de illa acceptati- 8

5

one q̄ aliqs sic acceptat aliquid vt reputet se illi obligatum ad retribuendum aliquid magnū. veritatē non habet. hanc enī solum cōtingit reperire circa opus diuinum qō habet libe. arbi. ⁊ circa qō nata est esse laus ⁊ vituperium. Ad illud qō obijcitur q̄ natura instituta absq̄ omni gratia esset tota pulcra ⁊ sine macula. dicendum q̄ ⁊ si esset sine macula. non tamen esset tota pulcra ea pulcritudīe que est a gratia. Pulcritudo em̄ gratie est sancti amoris conciliatiua f̄m q̄ dicit glosa super illud p̄s. Ut exhilaret faciem in oleo. glo. Gratia est quidam nitor animē ad conciliandū sanctum amorem. Ad illud qō obijcitur. vtrum deus posset talez naturam facere q̄ esset ei accepta absq̄ munere gratie. dicendum q̄ ⁊ si ipse posset omnia tanq̄ omnipotens natura tamen nō esset capax. vnde impossibilitas venit ex parte creature. Si em̄ hoc faceret. nihil aliud eēt facere q̄ faceret donum gratie donum esse nature. ⁊ gratiam esse naturam. Hoc autē impossibile est. cum donum gratie sit vltra terminos nature. Unde sicut impossibile ē q̄ homo fiat a deo beatus per naturā q̄uis possit creari beatus. quia beatitudo consistit in bono qō est supra oēm naturā. sic etiam intelligendū est ⁊ in gratia. Preterea. esto q̄ posset facere. nō tamen decreuit. quia non decuit. Et ratio huius dicta est. videlicet vt ex hoc diuina seruetur gloria in cuius p̄iudicium deus neminē acceptat. Conseruet̄ etiā nihilominus ipsa gratia que nullo modo potest nec debet esse ingrata. et ideo sic debet dari vt reputetur esse gratis data.

Questio. II b

Utrum homo in statu nature institute posset in op⁹ meritorium ecire absq̄ dono gratie. Et q̄ sic videtur Augustin. in lib. de natura ⁊ gratia. Quis nesciat ita factum hominē vt in eo libe. arbi. iuste viuendo p̄o possibilitate ⁊ capacitate sua constitueretur. ergo videtur q̄ ex libertate arbitrij naturali posset iuste viuere. ergo ⁊ opera meritoria facere. Item Dama. Manentes in eo qō est f̄m naturam. in virtute sumus. sed opera ꝑtuosa sunt meritoria. ergo libe. arbi. in integritate sue nature manens absq̄ omni gratia poterat facere opera meritoria. Item dei perfecta sunt opera. ⁊ perfectum est aliquid (vt vult pbus) cum attingit p̄opriā virtutē. ergo si homo perfectus cōditus est. poterat exire in operationē p̄opter quam factus est. hec autē est operatio per quam peruenitur ad gloriam. ergo ⁊c.

Item in omnibus creaturis distantibus a suo termino ad quem ordinantur data est virtus per quam possint ad illum finem peruenire. sicut patet in igne. qui cum deorsum est. sua leuitate potest sursum ferri. ergo aut libe. arbi. miserabilius fuit inter ceteras creaturas aut si alie creature per naturam habent potentiam perueniendi ad suum finem. videtur multo fortius q̄ ⁊ hoc homo posset per virtutem nature ante statum miserie.

Item natura nihil facit frustra. nec deficit in necessarijs. sed nihil est maius necessarium homini q̄ illud sine quo non potest beatificari. ergo cum potestas merendi huiusmodi sit. videtur q̄ hec ineesset ei per naturam omni gratia circūscripta. Item circūscripta gratia intelligamus hominē in statu nature seruare diuina mandata. aut igitur meretur aliquid. aut nihil. Si nihil. ergo frustra operatur. sed frustra operari nō potest esse sine aliqua pena. hoc autem nō poterat esse in natura instituta. Si aliquid meretur. cum opus rectū sit ad beatitudinem ordinatum. videtur q̄ et puris naturalibus mereri possit p̄emium eternum. Contra Ro. vj. Gratia dei vita eterna. Et glo. Nihil aliud in nobis deus coronat q̄ sua munera. ⁊ ex retru q̄ ex glosa. colligitur q̄ vitam eternam non contingit mereri absq̄ gratia. Item deus nullo modo indiget bonis nostris. ergo si acceptat bona nostra. hoc non est ꝑpter aliquam suam vtilitatem. sed si est. hoc est per meram benignitatem. igitur nisi diuina iustitia condescendat per gratiam. impossibile videtur q̄ reputet aliquē dignum gloria p̄opter aliq̄ opera que faciat. Item meritum ⁊ p̄emium debent esse p̄oportionabilia. sed natura quantūcunq̄ eminens. improportionabilis est ⁊ alterius generis est q̄ sit beatitudo glorie. igitur impossibile est mereri gloriam per pura naturalia. Item nobilior est substantia q̄ operatio. ⁊ deus nunq̄ acceptat hominem absq̄ munere gratie. ergo nec operationem hominis reputat meritoriam. nisi p̄cedat a libero arbitrio ⁊ a gratia. R⁹. dom̄ q̄ no solūmodo gra II
necessaria ē ad merēdū f̄m statū nature lapse. ⁊ etiā f̄m statū nature institute. licet f̄m statum nature lapse magis indigeat liberum arbitrium dono gratie. In statu nanq̄ nature institute necessaria erat gratia. tamen ꝑpter conditionem retributionis. quoniam ipse deus bonorum nostrorum non indiget. ideo nec acceptat hominem p̄opter opera. nec aliquod meritum obligare potest ipsum f̄m rationem dari ⁊ accepti. ideo ad hoc q̄ aliquod bonum opus creature ad remunerādū deo complaceat. necesse est q̄ ipsius gratuite bonitatis influentia in operante p̄cedat. per quam creatura ipsi creatori grata existat. Similiter p̄opter conditionem retributionis impossibile erat liberum arbitrium mereri sine auxilio gratie gratum facientis. p̄o eo q̄ illud p̄emium qō meremur est beatitudo eterna. Beatitudo autem eterna consistit in habendo eum qui est omnē summum bonum. ⁊ qui est super omnem naturam exaltatus. ⁊ lucē habitat inaccessibilem. ⁊ ideo impossibile est q̄ homo merendo ad illud summū bonum ascendat ⁊ perueniat. nisi per aliquod adiutorium qō sit vltra naturam. sic em̄ homo in statu nature institute absq̄ dono gratie mereri non potuit. tum ꝑpter conditionem retribuentis. tum ꝑpter conditionem retributionis. In statu vero nature lapse non solummodo indiget gratia ad merendum p̄opter has conditiones sed etiam p̄opter conditionem operantis ⁊ operationis meritorie. Operās enim in statu nature lapse semper est in peccato ⁊ dei aduersarius ⁊ inimicus. nisi a peccato releuetur per gratie donum. ⁊ ideo quicquid faciat. nisi voluntas eius p̄eueniatur a gratia que deo reconcilier. nihil meretur merito cōdigni. p̄o eo q̄ deus est aduersarius ⁊ inimicus. deus autem opera non acceptat. nisi p̄ius accepter p̄sonam. sicut innuit Genesis. iiij. Respexit dominus ad abel ⁊ ad munera ei⁹. p̄ius dicit ad abel. ⁊ postea dicit ad munera. Propter conditionem etiam operationis necessaria est gratia. quia nulla est operatio meritoria nisi recta. ⁊ nulla est recta nisi fiat ex recta intentione et nulla potest esse recta intentione nisi que summum bonum omni bono p̄eponat. nulla autem intentio potest hoc facere in statu lapse nature sine dono gratie. ⁊ p̄opterea qualemcunq̄ vel quantamcunq̄ faciat homo operationē absq̄ gratia non meretur. quia non pensat deus quantū

sed ex quãto hoc faciat. Patet igit̃ q̃ multipler est ne/
cessitas gratie ad merendũ scz ꝓter ꝓditiones retribu
entis ⁊ retributõis. opantis ⁊ bone opationis. ita q̃ b̃
quadrupler necessitas ꝓcurrit ad statũ nature lapse. ⁊
dupler ad statũ nature institute. ⁊ hoc est qõ magister
dicit in lra. q̃ homo indigebat gratia opante ⁊ coopan
te p̃m statũ nature institute. licet nõ p̃m oẽm modũ gra
12 tie opantis. Ad illud g̃ qõ obꝫcit in ꝓtrariũ de au/
toritate Augu. ⁊ Dam. dõm. q̃ illud dictũ est nõ quia
potestas libe. arbi. ⁊ nature sit sufficiens in opus me/
ritorium. sed q̃ natura bñ ordinata ꝓcordat cum gra/
13 tia. ⁊ discordat cũ culpa. Ad illud qõ obꝫcit q̃ dei q̃
fecta sunt opa. dõm. q̃ est pfectio q̃ntũ ad eẽ primũ. ⁊ ẽ
pfectio quãtũ ad esse secundũ. Et pfectio quãtũ ad esse
secundũ dupler ẽ. Quedã em̃ est q̃ habet ortum a perfe
ctione p̃m eẽ primũ. sicut illa pfectio que attendit in ac
cidentib̃ que oriunt ex p̃ncipijs subiecti. Est alia per/
fectio quãtũ ad eẽ secundũ que nõ causat a pfectiõe p̃m
esse p̃mũ. sz port̃ est supra illud. sic̃ est pfectio in eẽ gra
tuito vel glorioso. q̃ dr̃ est in nobis nõ ex nob̃ sz ex deo
Cum g̃ dicit q̃ dei pfecta sunt opa. hoc intelligit quã/
tum ad eẽ primũ. ⁊ quãtũ ad eẽ secundũ qõ causat ab il/
lo. Quãtũ aũt ad illud esse secundũ qõ nõ causat a pfe/
ctione p̃m esse primũ veritatẽ nõ habet. Nõ em̃ fecit de
us oẽs bonos ⁊ gloriosos. sed illos solos beatificauit
quos p̃destinauit ꝓformes fieri imaginis filij sui. hoc
em̃ disponit dare p̃ merita tãꝫ bonũ laudabile. Et ra/
14 tio hui⁹ assignata fuit supra. xxiij. di. Ad illud qõ
obꝫcit q̃ alie creature possunt puenire in finẽ ad quem
sunt p̃ virtutẽ nature. dõm q̃ nõ est simile. q̃ finis cre/
ature rõnalis est summũ bonũ. qõ est supra omnẽ natu
ram. Finis aũt alioꝝ creaturaꝝ est bonũ creatũ qõ est i/
fra terminos nature. ideo creatura rõnalis magis indi
get dono gratie vt possit puenire ad suũ finẽ ꝫ alie cre/
15 ature. Ad illud qõ obꝫcit q̃ natura nõ deficit in ne/
cessarijs. tam parꝫ risio ex p̃dictis. hoc em̃ intelligit de
necessarijs que quidẽ attendunt quãtũ ad eẽ primũ. vl̃
quãtũ ad eẽ secũdũ. qõ causat ex p̃ncipijs nature. Quã
tum vero ad illud eẽ p̃m qõ est supra naturam. necesse ẽ
naturã deficere. ⁊ tale est eẽ gratuitũ ⁊ glorioſum. nul/
lum tamen ex hoc fit nature p̃iudiciũ. q̃ de⁹ defectũ na
ture suppler. ⁊ semp̃ presto est cũ se offert temp⁹ ⁊ locus
16 cõplere ⁊ dare qõ natura non poterat. Ad illud qõ
obꝫcit vltimo. vtrũ homo mereret aliq̃d vel nihil si fa
ceret mandata dei ⁊c. dõm q̃ nõ mereret aliq̃d de con/
digno sed de congruo. ⁊ sic merendo disponeret se ad
gratiã. ⁊ ideo nõ oparet frustra. Ex p̃dictis patet quã/
rũ humana natura in statu innocentie eguerit gratia.

QOnsequẽter querit vtrũ hõ in statu innocentie
habuerit gratiã gratũfacientẽ. Et circa h̃ que/
runtur duo. Primo querit vtrũ habuerit gra/
tiam ante lapsum. Secundo querit vtrũ simul tpe cõ/
ditus fuerit in gratuitis ⁊ naturalibus.

Questio. I c

Utrum homo ante lapsum habuerit gratiã. Et q̃ sic
videt. Luc. i. Qui etiã expoliauerũt eum ⁊ plagis im/
positis ⁊c. Exponunt sancti ⁊ glo. q̃ expoliauerũt eum
gratuitis. ⁊ vulnerauerũt in naturalib̃. ergo si hoc in/
telligit in p̃mo homine. p̃mus homo nõ tm̃ habuit na/
turalia sed etiam gratuita ante peccatuꝫ. Jtẽ Berñ.
Cum videret patrem nostrũ omniũ hominũ emul⁹ cha
ritate circũdatum. ⁊ omni virtute vestitum. ⁊ hoc ecce
psse terrenũ hoiem. qõ ipse p̃ superbiam amisit. invidit
insatiabilis homicida. Ex h̃ igit̃ patet q̃ p̃mus homo
⁊ charitatẽ habebat ⁊ omnẽ virtutẽ. Jtem Adã post
sopore⁊ p̃uerauit. sicut innuit̃ in tertio Berñ. ⁊ in glo.
hoc aũt nõ fuit nisi q̃ introductus fuit i illo sopore in
secretum celestis curie. sicut plures dicũt autoritates.
sed nullum decebat illuc introduci qui nõ haberet gra/
tiam gratumfacientẽ. ergo ⁊c. Jtẽ a deo recepit mã/
datum disciplinę. sed si illud mandatũ seruasset absq̃
gratia. nihil meruisset. Si igit̃ illud mandatũ datum ẽ
sibi in meritũ obedientie. videt̃ q̃ deus nõ dederit sibi
in p̃ceptum p̃ter gratie adiutoriũ. alioquin dedisset in
malũ. qõ nullo modo decet facere deum. Jtem pec/
catum ade arguit̃ fuisse maxime ingratitudinis. sz nul
lum domũ in via est maius gratia gratũfaciente. ergo
si maior ingratitudo fuit i peccato ade q̃ꝫ in peccato ali
orum posteroꝝ. ⁊ posteri eius post acceptum donum
gratie deum offendunt. videt̃ q̃ ipse añ peccatũ habuit
donum gratie gratũfacientis. Sed contra de⁹ scie/
bat ipsum stature cẽ lapsurũ. ergo sciebat q̃ illud gratie
donum in nullo eẽt sibi vtile. sed potius eẽt sibi in no/
cumentũ. Si igit̃ sapiens artifex nõ debet aliquid fru/
stra facere. vel etiã qõ vertatur in operis sui damnũ et
nocumẽtũ. videt̃ q̃ nõ dederit illi gratiã. Jtem adã
quia iusticiã originalẽ habuit quando peccauit ⁊ volũ
tarie pdidit. nunq̃ eam recupauit. ergo pari tõne si ha
buisset donũ gratie gratũfacientis. nec ipse. nec aliq̃s
posteroꝝ eius gratiã recupasset. videtur q̃ ante lapsuꝫ
eam nõ habuit. Jtez adã habebat optima naturalia
⁊ nullam habebat p̃nitatẽ ad maluꝫ. nec difficultatẽ ad
bonũ. g̃ si charitatẽ ⁊ gratiã habuisset. coraliter deo ad
hesisset. g̃ nunq̃ in peccatũ cecidisset. sed constans est
q̃ cecidit. ergo gratiã ante lapsum nõ habuit. Jtem
lucifer nõ habuit gratiã gratũfacientẽ sicut pbatum fu
it supra. si g̃ adam gratiã gratũfacientẽ habuit. ⁊ ab il/
la cecidit. g̃ de altiori gradu cecidit q̃ꝫ angelus. ergo vi
detur q̃ peccatũ eius fuit incurabilius q̃ꝫ peccatũ an/
gelicũ. si igit̃ hoc constat eẽ falsum. Adam ante pecca/
tum nõ habuit gratie donũ. Jtem p̃us debet pbari
aliquis q̃ꝫ in amicũ assumi. hoc nõ solũ verum est i ami
cicia humana. verũ etiaꝫ in amicicia diuina. Unde dicit
Deu. viij. Abraã pater nr̃ tentat⁹ ẽ. ⁊ p̃ multas tribu/
lationes pbat⁹. dei amic⁹ effect⁹ ẽ. Si igit̃ null⁹ hꝫ dei
gratiã q̃n habeat dei amicitiã. videt̃ q̃ añ tẽtatõez adã
nõ habuit gr̃am. sz statim post tentatõez peccauit. g̃ nõ
habuit gr̃am añ lapsum. Ad. ad p̃dictoꝝ intelligẽtiã 17
est notãdũ q̃ circa h̃ dupler ꝓfuerit eẽ opinio. Quidã
em̃ dicere voluerũt q̃ adã nõ habuit gr̃am gratũfacien
tẽ. p eo q̃ nõ videt̃ credibile q̃ lapsus eẽt. si tale adiuto
riũ habuisset. Ad aucres aũt ⁊ rõnes rñdent dicẽtes q̃
adã habuit mltas gr̃as gratis datas. ⁊ naturã habuit
valde bonã. ⁊ p̃terea sancti aliq̃ videt̃ dicere tm̃ ha/
buisse gratuita añ lapsum. nõ q̃ habuit donũ gr̃e gra/
tũfacientis. sz donũ gr̃e gratis date. ⁊ p illud poterat tẽ/
tationi resistere. ⁊ ad gr̃am gratũfaciẽtẽ seip̃m dispone
re. Sz q̃m aucres sanctoꝝ erp̃sse vident dicere de gr̃a
gratũfaciẽte. sicut patet in illis q̃ mgr̃ adducit in lra. et
huic etiã ꝓsonare videt̃ scripture aucras ⁊ rõnis pba/
bilitas. Jõ est alia opinio cõmunior ⁊ verior ⁊ pbabili
or quã etiã sustinet mgr̃ in lra. scz q̃ adã añ lapsum gra
tiã gratũfaciẽtẽ habuit. p quã nõ solũ malo resistere. sz
etiam in bono pficere potuit. ⁊ illa gratia adiutus ita
bene meruisset mandatũ dñi obseruãdo. sicut demeru/
it transgrediendo. Hanc igitur opinionem sustinẽdo
ꝓcedere possumus rationes que ad primã partẽ induꝫ
cunt. Ad illud aũt qõ obꝫcitur in contrarium q̃ de/ 18

us sciebat statim ipm lapsurū. dōm q; ꝓter hoc nō debuit dimittere donū gratie sibi date duplici rōne. Pmo quidē, q; simul cū hoc psciebat q; bonū debebat de lapsu eius elicere. Scōo vero q; deus in ꝺferēdo gratiam nō attendit futura peccata. sed idoneitatē psentez ad gratiā. sicut patet. cum ꝺfert gratiā in tpe pscitis. et eis quos ab eterno reprobauit. ⁊ in vtroq; eoz cōmendatur dei largitas ⁊ sapia. ⁊ arguit hoīs ingratitudo ⁊ iniusticia. in hoc q; tā a bñficio ⁊ tam a benigno se auertit sine cā. 19 Ad illud qō obīcit q; nō potuit recupare originalē iusticiā quā habuit qñ peccauit. dōm q; non est tota ratio sez q; volūtarie amisit iusticiā illā. sz simul cum hoc facit. q; iusticia originalis non tm respiciebat voluntatē deliberatiuā. sed etiā respiciebat naturā instituā. gratia aūt respicit ipam voluntatē liberā vt est libera. Et qm voluntas de facili vertit ⁊ reuertit. natura aūt cum corrupta est nō sic de facili releuat. hinc ē q; magis pōt recupari gratia q; ꝑma iusticia. cuius vtraq; fuerit q; peccatū amissa. Est ⁊ alia rō quare nō recuperat originalis iusticia. sed hec manifestabit infra cū aget de originali peccato. Ad illud qō obīcitur q; si 20 Adam habuisset gratiā q; inseparabiliter deo adhesisset. dōm q; hoc nō oporter. q; li. ar. habēs grām. moueri ꝑter gratie inclinationē. ⁊ frequēter mouet. nihil considerans de eo ad qō mouet gratia. vñ frequēter contingit q; homo magne charitatz inordinate afficit. ꝑ eo q; nō sp actualiter fert in illud summū bonū circa qō habet immēsum desiderū. sic intelligendū est accidisse ipi ade. Quis em est hō hns charitatē. qui peccaret si deū pre oculis sp haberet. ⁊ actu ꝺsideraret quātū deꝰ amabilis est. ⁊ quārū nephas est ipm offendere. 21 Ad illō qō obīcit q; lucifer nō habuit grām gratū facientē. dōm q; verū est. ex hoc tm nō sequit q; hō peccauerit maiori ingratitudine. ꝑ eo q; lucifer primioꝛ erat statui gloze. simul em recepisset gratiā ⁊ glozā. Homo vero sic cōditus fuit vt longe aīa glozā haberet gratiā. ⁊ ideo positus est in terra quasi lōge a celo distans. ac q; hoc i trāsgrediendo. nec adeo cecidit de alto vt lucifer. nec adeo fuit ingratꝰ. nec adeo q; peccatū deprauatus. Ad il- 22 lud qō obīcit q; prius debet hō ēptari q; in amicū assumi. dōm q; illud intelligit de illa amicicia que facit deo hoīem. pbatū ⁊ familiarē. q; quē modū dicit ipe dominꝰ aplis Joh. xv. Vos aūt diri amicos ⁊c. De amicicia aūt large dicta hoc nō pōt intelligi apud deū. licet posset intelligi de amicicia apud hoīes. ꝑ eo q; nisi deꝰ gratiā daret. in pbando potꝰ reprobaret. q; approbaret nō em habemꝰ vñ possumus pbari a deo nisi p eiꝰ donū. nō sic est aūt de hoīe respectu hoīs. ⁊ sic patet illud.

Questio. II d

Utrum hō simul tpe ꝺditus fuerit in gratuitis ⁊ naturalibꝫ. Et q; sic videt q; textꝰ. Hoīem. j. Faciamꝰ hominē ad ima. ⁊ si. nram. Sed sicut exponit Aug. ⁊ habitū est supra di. xvj. Imago est i naturalibꝫ ⁊ similitudo i gratuitis. q; si hō factꝰ est ad imaginē ⁊ similitudinē. videt q; ꝺditꝰ fuit simul in naturalibꝫ ⁊ gratuitis. Itē Eccl. xvij. Deus de terra creauit hoīem. Et post. ⁊ secm se vestiuit illū virtute. igit a sui ꝺditione ꝑmaria virtute fuit vestitus. ⁊ si hoc. redit idē quod prius. Itē Dam. Fecit deus hoīem innocentē. rectū. virtuosum. sine sollicitudine. sine tristicia. oīm virtute decoratum. oībus donis ornatum. q; videt q; homo in gratuitis fuerit cōditus. Item hoc videt rōne. Deus fecit hoīem q̄ntū ad eratē pfectum. ⁊ q̄ntum ad ꝺditionē ab eterno sue ꝺditionis. q; pari rōne videt q; fecerit eū pfectum q̄ntū ad voluntatis rectitudinē. sed volūtatis rectitudo ꝺsistit in dono grē. q; videt q; donū gratie habuerit in initio sue ꝺditionis. Item ad hō q; alicui deb grā. requiritur diuina liberalitas. ⁊ recipientis idoneitas. sz deus in pmordio cū adam ꝺdidit liberalissimꝰ erat. ⁊ adā a sue ꝺditionis pmordio ad suscipiendā grām idoneitatem habebat. q; ab ipso ꝺditionis pmordio deꝰ ei gratiam ꝺferebat. Sz ꝺtra. Augꝰ. dicit hō in sue ꝺditōis pmordio habuit vñ posset stare. sz nō vñ posset pficere. Itē magister dicit supra di. xxiij. Poterat hō per auxiliū grē creatoris resistere malo. sz nō pficere bonū. sz si habuisset gratiā gratū facientē ab eroꝛdio creatōis potuisset vtrūq; q; si nō potuit pficere q; bonū. patz ⁊c.

Item magis ꝺuenit gratia cū gloria q; natura cum gratia. sed in homīe gratia pcedit gloriam. ergo patria tione imo multo fortioꝛ natura precessit tempe donuz gratie. Item q; gratiam fit matrimoniū inter deum ⁊ animā. sed lex matrimonij est vt nō fiat absq; mutuo consensu. q; videtur q; nulli adulto gratia debeat dari nisi pcedat consensus. si q; adam pus fuit q; consentire posset. q; nō habuit simul naturā ⁊ gratiā. Item donum gre infructuosum ē nisi a deo recognoscat. nemo em in se gratiam reseruare potest. nisi p illa deo gratꝰ existat. igit si magis tenet rōnem gratuiti qō est naturalibus superadditum q; qō est naturaliter inditū. et donum gratie est mere gratuitum. ergo videtur q; non ab ipsa creatōe. sz post donū grē fuerit homini collatum.

Rº. ad pdictoꝛ intelligentiā est notādū q; circa hoc 23 duplex fuit opinio. Quidā nanq; dicere voluerunt q; homo fuit creatus nō solum in naturalibus. verūetiā in gratuitis. tum ꝑter dei liberalitatem. tum etiā ꝓpter hominis idoneitatē. Sed quoniā sanctoꝛ auctes vident sonare ꝺtrariū. Ideo est alia opinio cōioꝛ ⁊ pbabilioꝛ q; hō pus tpe habuit naturalia q; haberet gratuita. Unde fm hanc in statu innocentie distinguunt 24 duo tpa. qōdam em fuit tempus in quo tm habuit naturalia. quoddā vero in quo habuit ⁊ naturalia ⁊ gratuita. Secm diuersitatē huius duplicis tpis dissoluit apparens ꝺtrarietas in auctibus sanctoꝛ. Nam quidam vident dicere q; hō habuit gratiam. quedā vero q; nō. ⁊ vtreq; verū dicunt p diuersis tpibus. Rō autem 25 quare dns voluit post naturalia dare grām cū posset dare simul. sumit ex triplici ordine. vicz ab ordine sapientie. bonitatis. ⁊ iusticie. Ordo sapiētie hō requirebat. vt sicut esse gratuitū est alterius generis q; esse naturale. sic in diuersis tpibus homini cōferret. ⁊ sicut elemēta mundi pus tempe fuerunt creata ⁊ distincta q; ornata. propter ordinē sapiētie cōmendandum. sic etiā fieret circa hominē qui est minoꝛ mundꝰ. Ordini etiā bonitatis hoc cōpetebat. hoc em ordine dicit aliquid ordinari in suum finē. tunc igitur gratia homini ordinate dat. qñ datur ei fm q; est vtilioꝛ ⁊ fructuosioꝛ. tanto autē gratia dei est nobis vtilioꝛ ⁊ fructuosioꝛ. quanto p ea deo gratioſioꝛes efficimur. ⁊ ideo sic debuit dari. vt ex ipso ordine dandi cognosceret donū illud esse gratuitum. ꝑterea nō fuit a creatione indita. sed nature tā perfecte ⁊ constitute fuit supinfusa. Ordo etiam iusticie hoc requirebat. Deus em fm legē cōem requirit aliquam dispositionē ⁊ ꝓparationē a parte nostra ad hoc q; infundat alicui grām. siue eo cui infundit. vt in adulto. siue in alio adiuuante fm q; ꝺtingit in paruulo. ⁊ ideo gratia nō fuit homini ꝺcreata. sed dilata fuit q̄usq; homo q; actum ⁊ vsum ratōis quodāmodo se disponeret ad illā suscipiendā. vt sic verificaret illud Augu

sti. in ꝑmo hoīe. qui creauit te sine te. nō iustificat te sine te. ꝓpter igit ꝙ multiplex ordo bī exigebat vt hō prius fieret in naturalib. ꝙ donis gratuitis ornaret. ⁊ cōcedende sunt rōnes q̄ hoc ostendūt. Ad illud qō obi-
26 icitur. Faciam⁹ hoīez ad imaginē ⁊ similitudinē. dōm ꝙ si multitudo attendit ibi ingratuitis gratis datis. Vel dicendū ꝙ de⁹ dicit fecisse hoīem ad suā imaginē ⁊ similitudinē. nō q; statim cū dedit imaginē. simul etiā dedit similitudinē. sed q; alterū dedit scz imaginē. ⁊ ad alterum habilē fecit. vicz ad similitudinē. quā postmodum ꝓ loco ⁊ tpe ei dedit. Unde quātū est ex vi verbi nō pōt ꝯcludi ꝙ simul ⁊ semel fuerit in hoīe imago dei ⁊ similitudo. Et ꝓ hoc patet rīsio ad duas auctoritates sequētes. Eccle. vicz ⁊ Dam̄. q; sic intelligunt nō q; deus statim vt hominē cōdidit virtute vestiuerit ⁊ ornauerit. sz q; tunc dispositū fecerit. ⁊ nō longo post tempe cōple-
27 uit. Ad illud qō obīcit de ꝓfectione etatis ⁊ cognitionis. dōm ꝙ nō est simile. q; ꝓfectio etatis ⁊ cognitōis nō tantū elongat a ꝓfectōne nature sicut ꝓfectio gratie Unde hō ꝓ vim nature sibi inditā pōt puenire ad ꝓfectam etatē ⁊ ꝓficere ad cognitionē. sz nunq̄ pōt ꝓfe hō in habitū gr̄e. nisi de⁹ infundat mera sua benignitate.
28 Ad illud qō obīcit ꝙ homo erat idone⁹. ⁊ deus erat liberalissim⁹. dōm ꝙ de⁹ maiorē idoneitatē expectabat que quidē cōpeteret ordini sapīe. ⁊ bonitati. ⁊ iusticie. sicut pr̄⁹ ostensum est. ⁊ ideo nō statim gratiā dedit. sz distulit. ꝓ eo ꝙ deus sic opat liberaliter. vt tñ sua liberalitas nō excludat sapīam nec iusticiam.

QUonsequēter quātū ad tertiū articulū queritur quantā gratiā primus hō habuerit. Et primo est questio de quantitate gratie ꝑmi hoīs quantum ad donorū multitudinē. Scdo queritur quantum ad donorum magnitudinē.

Questio. j. e

Utrum hō habuerit tot virtutes añ lapsum quot habuit post lapsum. Et ꝙ sic videt ꝑmo ꝓ Dama. dicentē ꝙ de⁹ fecit hoīem omni virtute circūdatū. ⁊ omnib⁹ bonis ornatū. ꝯ nō videt ꝙ aliquis habit⁹ virtutis q̄ sit in nobis deesset eidē. Itē ex pte cognitionis. Non cognoscim⁹ plura q̄ adam cognouit. nec plures ī nobis habem⁹ scientias. ꝯ pari rōne ex pte affectionis nō videtur ꝙ plures in nobis habeam⁹ habit⁹ virtutū q̄s habuit ꝑmus homo. Item ꝯnerio est in virtutib⁹. sicut sancti dicūt ⁊ suo loco oñdetur in tertio. ꝯ si adam habuit aliquā virtutē. necesse fuit ꝙ oēs habuerit. ꝯ tot habuit quot nos habem⁹. Item aut aliquā virtutē habemus quā nō habuit adam. aut nō. Si nō. ꝯ tot virtutes habuit quot nos habem⁹. Si sic. aut ergo illi⁹ virtutis fuit adam capar. aut nō. Si nō. ꝯ videt ꝙ ꝓ peccatum creuerit in nobis boni capacitas. qō absurdum est dicere. Si sic. cum de⁹ daret gratiā ade fm capacitatem suā. videt ꝙ omnē virtutē quā nobis ofert post lapsum. ⁊ ipsi ade ꝯtulerit ante lapsum. Sed ꝯtra. virtus fortitudinis ꝯsistit in ꝓpassione terribiliū. sz in adā in statu innocentie nō poterat esse talis ꝓpassio. ꝯ nec fortitudo. Item tempantia ꝯsistit in coercendis prauis carnis passionib⁹. ⁊ tales nō poterant repiri in natura instituta. ergo nec tpantia. Itē puia ꝯsistit in detestatione malorū ꝑpetratorū. sz nullo mō ꝯtingebat in statu innocentie de malis cōmissis dolere. ꝯ tūc non poterat cē in homine virtus pnie. Item q̄ habet donum ꝑseuerātie nō cadit a iustitia. sed adam a iustitia cecidit. ꝯ perseuerātiā nō habuit. Hanc aūt multi habent in statu nature lapse. ꝯ nō omnis virtus que nūc est. fuit in statu innocentie. Rᵒ. dōm ꝙ cum fit comparatio multitudinis donorū gratie ad statum nature 29
lapse. ⁊ statum nature institute hoc pōt intelligi vel de donis gratie gratis date. vel de donis gratie gratum faciētis. Si intelligat de donis gratie gratis date. sic se habent sicut excedentia ⁊ excessa. ꝓ eo ꝙ aliqua dona gratie gratis date habuit adam in statu illo. vt pote immortalitatē ⁊ impassibilitatē. que nō habuit aliqs posterorū eius. ⁊ aliqua dona gratie gratis date habēt posteri sui que ipse nō habuit. sicut gratiā sanitatum. ⁊ operationē virtutum. ⁊ genera linguarū. ⁊ consimilia. Ratio aūt huius diuersitatis venit ex hoc. ꝙ alia dona expediebant illi tempi. ⁊ alia competūt isti. Si aūt loquamur de donis gratie gratū facientis. sic quia illa dona ꝯnerionē habent quantū ad habitus ⁊ quantum ad actus q̄ perfectionis sunt. sic cōcedendū est. ꝙ in equali multitudine fuerunt in ꝑmo hoīe in qua reperiuntur in eius posteritate. Hoc dico quātū ad habitus ⁊ quantū ad actus qui ꝓfectionis sunt. sicut rationes ad ꝑmam partē inducte ostendūt. Quantū vero ad actus qui habent impfectionē annexā. non ꝯtingebat virtutes fm statum illū in adam ponere. Et ꝓ hoc patet responsio ad tria obiecta. quorū est vnum de fortitudine. alterū de tpantia. ⁊ tertiū de penitētia. que oīa ꝓcedunt fm actus habentes impfectionē aliquā annexam. que q̄dem impfectio nō competit alīs virtutibus fm omnē statum. sed solū fm statū p̄sentis miserie.

Ad illud aūt qō obīcit de ꝑseuerantia. dōm ꝙ ꝑseuerantia vno mō dicit ꝓpositum ꝑseuerandi in bono. 30
⁊ hoc modo est virtus vel dispositio ꝯsequens virtutes insepabiliter. Alio modo ꝑseuerātia est ꝯtinuatio in bono vsq; in finem. ⁊ sic nō dicit habitum. sed pot⁹ dicit statum. ⁊ hunc ꝑmus homo nō habuit. ex hoc tñ nō sequit ꝙ aliqua virtute caruerit ꝓ eo tempe quo ī gratia ꝑmansit. Si quis aūt quērat cuiusmodi actus habuerunt virtutes in ꝑmo homine q̄ impfectionē habent anneram in actibus suis fm statum nature lapse. dōm ꝙ actus illi in statu innocentie plurimū ꝯformes erant actib⁹ quos in patria virtutes sunt habiture. cuiusmodi aūt sunt isti determiāt magister in tertio li. di. xxxiij. ⁊ ibi suo loco determinabit.

Questio. ij. f

Utrum dona gratuita fuerint eque magne efficacie in homine ad merēdum ante lapsum sicut sunt post lapsum. Et ꝙ fuerunt maioris efficacie tunc q̄s nunc videtur. Quanto ꝓfectio⁹ est cognitio. tanto ꝓfectio⁹ est dilectio. ⁊ q̄nto maio⁹ est dilectio. tanto op⁹ nostrū est deo acceptabili⁹. Prima ꝓpositio patz ꝑ illud. ꝙ q̄ntū cogscis. tantū diligis. Si ꝯ in adā fm statū innocētie clarior fuit cognitio. videt ꝙ charitas ad merendū fuerit efficatior. Itē albius est qō est nigro ipmixti⁹. ꝯ magis est meritorū qō min⁹ habet in se de demerito. sed omnia merita nostra quodāmodo ꝑmixta sunt culpe. fm illud Ysa. xlvij. Omnes iusticie vestre sicut pannus mēstruate. Si ergo in adam fm statum innocētie merita omnino fuissent impmixta culpe. videtur ꝙ fm statum illum dona gratuita erant multo maioris efficacie. Item meritum est cum gratia et lr̄e. arbi. quanto igitur libe. arbi. magis gratie obedit. tanto gratia efficacius in actum suum erit. sed tunc natura magis erat obediens gratie q̄s nunc cum est corrupta ergo tunc dona gratuita erant ad merendum efficaciora. Item amor visibilium ⁊ sollicitatio circa terrena impedit hominem ne iungatur deo ꝓfecte. si igitur

in statu primo nulla vigebat in homine cōcupiscentia videl q̄ deo pfectius ⁊ diuturnius adherebat. ⁊ ita magis ad merendū dispositus erat. Sed cōtra .ij. Thi. ij. Non coronabit nisi qui legit. cer. sz magis impugnat homo fm statum nature lapse q̄z fm statū nature institute. g̃ si has pugnas vincit. gloriosius triumphat. ⁊ si gloriosius triumphat. maiorem merit coronā. g̃ ⁊c. Item phs dicit q̄ ars ⁊ virtus est circa difficilia. g̃ si hoc p se verū est. quāto actus virtutis est difficilior. tanto virtuosior ⁊ quāto virtuosior. tanto ad merendū efficacior. si ergo maior ē difficultas in pficiēdis diuinis mandatis nūc q̄z esset in statu nature institute. videtur q̄ maior sit merendi efficacia. Item si homo stetisset. aut xp̃s nō esset incarnatus. aut si esset incarnatus nunq̄z esset passus. sed christus sua passione non sibi meruit sz nobis. ⁊ ram merita nostra q̄z sacra efficacia habent a passione ⁊ eius fide. si igitur inter omnia quecūq̄z deo placere possunt hoc fuit deo acceptissimū q̄ xp̃s se obtulit hostiam deo ⁊ patri. ⁊ inde sumunt efficaciam merita nostra. ⁊ illaz efficaciā nō habuissent merita in statu nature institute g̃ videl q̄ non essent efficaciora. Item natura nō ꝛfi cit in necessarijs. vt dicit phs. sz si hoc est verū in natura creata. multomagis verū est in natura increata. ⁊ si diuina prudentia non ꝛficit bobus ꝛ quibus minus cura est. g̃ multominus nec deficit hominibus. sz natura humana magis indiget adiuuari q̄z idigeret ante lapsum. g̃ videl q̄ nunc deus det homini fortius ⁊ efficacius adiutoriū. si igitur efficacia meritoꝝ attendit fm
31 magnitudinem charitatis et gratie. videl q̄ nunc dona gratuita in merendo sint maioris efficacie. ℟. dōm q̄ efficacia meriti principaliter ex trib⁹ venit. videlicet ex difficultate operis. ex promptitudine voluntatis. ⁊ ex magnitudine charitatis. Difficultas operis multū facit ad meritum. ⁊ adeo facit vt homo qui est multo minoris charitatis q̄z angelus. possit mereri vt pueniat ad sublimitatem angelicam. fm q̄ colligitur ex illo qō dicit Math. xj. de Johanne baptista. Qui minor ē in regno celoꝝ maior est eo. Non em̄ est dubitandū quin Johannes sit exaltatus ad ordines excellentium angeloꝝ. ⁊ tm̄ fm statuz vie minoris charitatis erat q̄z alijs eoꝝ. Promptitudo etiā voluntatis plurimū facit. sed voluntas prompta fm illud qō habet accepta est ad meritum. Quantūcunq̄z enim sit in homine gratia. nisi sit voluntas gratie cōsentanea. nunq̄z eliciet opera meritoria. ⁊ quanto magis voluntas gratie subiacet ⁊ cōformatur. tanto magis homo in operibus meritorijs exercetur. Magnitudo caritatis est principalior inter omnia que faciunt ad meritum. q̄ fm illius quantitatē attenditur remuneratio premij substantialis. Pondus em̄ amoris est qō dat valorez operibus meritorijs. Si igitur fiat cōparatio efficacie merendi in donis gratuitis fm statum post lapsum. ⁊ fm statū ante lapsum. responderi potest q̄ q̄ntum ad primam conditionem. videlicz q̄z tum ad difficultatem. efficaciores sunt virtutes nūc q̄z tunc fuerunt. Nunc enim magis impugnatur ⁊ impugnando pbatur ⁊ examinatur virtus q̄z tunc. sicut ptz in sanctis martyribus. Et sic pcedunt rationes ostendentes dona gratuita ad merendum esse nunc efficaciora. Quantum aūt ad secundā conditionē scz q̄ntum ad promptitudinem voluntatis. efficaciores fuissent virtutes in merendo tunc q̄z nunc. p eo q̄ voluntas tunc q̄si continue fuisset in bonis operibus deo placentibus sine retardatione. nunc aūt siue ex lassitudine. siue ex surreptōne frequenter cessat a bonis operibus. ⁊ intendit aliqñ reb⁹ nociuis. aliqñ inutilibus. tuz ꝓpter difficultatem ad bonum. tum ꝓpter ꝓnitatem ad malum. Et q̄ntum ad hanc conditionē ꝓcedunt rationes ꝓbantes q̄ dona gratuita in statu nature īstituite fuissent ad merendum efficaciora. ⁊ p hoc patet responsio ad vltimam ꝓtem. ꝓcedunt em̄ fm diuersas vias fm quas se habent dona gratuita in merendo sicut excedentia ⁊ excessa. ⁊ reperitur in eis fm diuersas conditiones maioris ⁊ minoris efficacia. ⁊ sic nulla est inter rationes illas repugnātia. Utreq̄z em̄ verum concludunt fm diuersam viam. Si aūt querat vlterius de maioritate efficacie q̄z tuz ad tertiam conditionē. tunc respondendum ē q̄ aut fit cō- 32
paratio pticularis p̃sone ad pticularem p̃sonā. aut status ad statuz. Si primo mō. dōm est q̄ se habent sicut excedentia ⁊ excessa. Satis em̄ pbabiliter credi potest q̄ aliqui sunt qui habent maiorem gratiam aliquib⁹ q̄ fuissent in statu innocentie si adaz steterisset. alij vero minorem aliquibus. sicut dici consueuit cum cōpat⁹ statū legis scripte ad statum legis euangelice. Si aūt cōparet generaliter status ad statum. tunc non videt vsqueq̄z q̄z certum in quo statu dominus homini maius munus caritatis ⁊ gratie tribuisset. p eo q̄ fm diuersas cōditiones repit maioris ⁊ minoris idoneitas in homine suscipiēte. Et qō plus est. magnitudo gratie distribute pl⁹ attenditur fm distinctionem distribuentis que cognitionem nostram latet. Dec em̄ pars pbabilior videt ⁊ magis auctoritatibus consonat. vt dicam⁹ q̄ deus maiora munera gratie elargit⁹ est homini lapso q̄z dedisset homini si in statu innocentie pmansisset. tuz q⁹ homo maiori adiutorio gratie indiget. tum etiā q⁹ decet deum de malo maius bonū elicere q̄z sit illō bonū quod adiuuādo malum nocet. tum etiam quia mediator ⁊ intercessor pro nobis interpellat quem decet exaudiri in omnibus pro sua reuerentia. Unde cum appareat vultui dei semper interpellandum pro nobis. ⁊ pro nobis in cruce oblatus fuerit. ⁊ quotidie offeratur valde probabile videtur q̄ maius munus gratie tribuatur nobis q̄z si ipse non fuisset incarnatus vel pro nobis oblatus. Et hoc expresse videtur innuit Joh. vij. cum dicitur q̄ spiritus nondum erat datus. q̄ iesus nondum erat glorificatus. Unde cum ascendit in altum tunc dedit dona hominibus. Ex hac igitur triplici ratione quarum vna est in commendatione misericordie. ⁊ secūda in cōmendatione sapientie. ⁊ tertia in commendatiōe diuine iusticie. satis rationabiliter colligit q̄ nunc magis sunt efficacia dona gratuita ad merēdum q̄z in statu innocētie. non solum ratione difficultatis. verū etiā rōne gratie. ⁊ caritatis. q̄uis non absurde dici possit q̄ maior efficacia erat tunc q̄z nunc ratione promptitudinis voluntatis. Et hac via ꝓcedunt rationes que ad primaz partem inducuntur. sicut patet intuenti. aliter enim nō cogunt. Nam illud qō primo obijcitur q̄ maior erat tunc dilectio. quia maior cognitio. dōm q̄ verum ē de 33
dilectione fm q̄ tenet se ex parte gratie animam eleuātis. Et si obijciatur q̄ vtraq̄z cōmensuratur cognitioni 34
dōm q̄ illud non est verum de omni cognitione. sed de cognitione experimentali. hec aūt non magis viguit ī primo parente. q̄z in viris sanctis qui fuerunt et sunt in statu nature lapse. Ad illud vero quod obijcitur 35
q̄ meritum erat magis impermixtum in statu innocentie. dōz q̄ hoc venit ex hoc q̄ voluntas nō est ita prompta propter grauitatem carnis coniuncte. ⁊ pronitatē concupiscentie contracte. ⁊ ratio illa procedit ex parte ꝓmptitudinis volūtatis. similiter ⁊ duc rōnes sequētes.

Liber Secundus

Distinctio·xxx·quid sit originale peccatū qđ a pctō primorū parentū fuit causatuz·

IN superioribus insinuatum ẽ ꝛc̄·Pars ista in q̄ magister determinat de hominis lapsu diuisa fuit in tres ptes ꝑm triplicem differentiam corruptionis peccati·in quaz vna ꝑsona corrumpit naturam·in altera ꝑsona natura ꝑsonaz·in tertia ꝑsona ꝑsona corrumpit seipsam. Et prima quidem cōsistit in peccato primi parentis·scđa in peccato originali·ꝛ tertia in peccato actuali·Prima igit parte determinata·aggredit hic magister ptem scđam·Diuidit aūt ps ista in ptes quattuor·In quaz prima determiat quid sit originale peccatum. In secunda ꝑo qualit̄ traducatur·j·dis·xxxj·Nunc superest inuestigare ꝛc̄·In tertia ꝑo qualiter deleat·j·dis·xxxij·Qm̄ supra dictuz est pctm̄ originale esse viciū ꝛc̄·In quarta ꝑo determinat·vtrum peccatū originale multiplicet ꝛ intendat ꝑ peccata parentū primoz·j·dis·xxxij·Predictis aduertendum est ꝛc̄·Prima ps que continet ꝑsentem dis·diuidit in tres ptes·In prima ponit ptem ꝓhemialez·In secunda determinat ꝓpositum principale·ibi·Hic primo videndū ẽ ꝛc̄·In tertia determinat quandā incidentem dubitationem de veritate humane nature·ibi·Ad hoc aūt q̄ dixim⁹ in adam fuisse ꝛc̄·Prima ꝛ tertia ptes remanente indiuisa·media ps diuidit in tres·In prīa inquirit vtrū peccatum primoz pentū sit originale vel actuale·In secunda supposito q̄ sit originale·inquirit vtrum sit pena vel culpa·ibi·Qđ diligenter inuestigādum est quid sit ꝛc̄·In tertia inquirit vtrū sit cōcupia vel alia culpa·ibi·Nunc superest videre quid sit illō peccatū ꝛc̄·Hec aūt ptiū subdiuisiones in lra plane sunt·

Ponit ptem ꝓhemialem ostendens q̄ padaz peccatum ꝛ pena transijt in posteros· a

D·XXX IN superioribus insinuatum est licet expte (non enim pfecte sufficimus exponere) qualiter primus hō deliquerit·ꝛ quā ꝑ peccato penam subierit·quibus adijciēdum est pctm̄ simul ac penam ꝑ eum transisse in posteros·sicut apls oñdit inquiens·Sicut ꝑ vnū Roꝛ·v· hominē pctm̄ in hunc mundū intrauit·ita in oēs homines mors ptransijt·

Determiat ꝓpositū principale·oñdens vtrū illud peccatū fuerit originale·vel actuale· b

Hic primo videndū est qđ fuit illud pctm̄·originale scz an actuale·ꝛ si de originali intelligat·ꝓsiter quid sit originale pctm̄·ꝛ quare dicat originale·ꝛ quō ptransierit vel ptranseat in omnes diligēter inuestigandū est·Quibus daz placuit de peccato actuali ade illud accipe·asserētib⁹ hoc apostolum sensisse cum inferius ait·Sicut ꝑ inobedientiā vnius hominis pctōres cōstituti sunt multi·ita ꝛc̄·Euidenter inquiunt etiā ipo noie exprimit apls pctm̄ qđ ꝑ vnū hominē intrauit in mūdum·scz inobedientiaz·Inobedientia vero peccatum actuale est·

Quō pctm̄ intrasse in mūdū dicūt· c

Hoc aūt dicunt intrasse in mundū non traducti one originis·scz similitudie ꝑuaricatiōis·omnesq̄ in illo vno peccasse dicunt·qz omnib⁹ ille vn⁹ peccandi exemplum extitit· Hoc male senserūt quidā heretici qui dicti sunt pelagiani· De quibus Aug·in li·de baptismo puuloz cōmemorat dicens·Sciendū ẽ inquit hereticos quosdā qui nominati sunt pelegiani dixisse pctm̄ prime trāsgressionis in alios homines nō ꝓpagatione sed imitatione transisse·vñ etiā in puulis nolunt credere ꝑ baptismū solui originale peccatū·qđ in nascentibus nullū esse oīno contendunt·scz eis dicitur·qz si apls pctm̄ imitationis nō ꝓpagatiōis intelligi voluisset·ei⁹ principē nō adā scz diabolū diceret·De q̄ in li·Sap̄·dz·Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terraz·Et qz nō vult intelligi ꝑ esse factū ꝓpagatione scz imitatione·ꝓtinuo subiunxit scriptura·Imitant aūt eum q̄ sunt ex pte ipsius·Imitant quidē adā quotđ ꝑ inobedientiā transgrediunt mandatū dei·Scz aliud est qđ exemplū est voluntate peccantib⁹·aliud qđ origo est cū pctō nascentib⁹·Mō ẽ igit accipiendum pctm̄ ade transisse in oēs imitatiōis tm̄ exēplo·sed ꝓpagatiōis ꝛ originis vicio· Sap·ij·

Hic apit illđ esse pctm̄ originale quod transit in posteros. d

Et est illud pctm̄ originale·vt apte Aug⁹·testat qđ padā transiuit in oēs ꝑ eius carnē viciatā cōcupiscentialiter generatos·

Supposito q̄ pctm̄ ꝓmoz pentū sit originale·inquirit vtrū sit pena vel culpa· e

na naturalia ſic ſe habent ꝙ vnū p̄t auferri ſine altero
ſicut fortitudo ſine eloquētia ꝛ ecōuerſo. g̃ ſi mod⁹ ſpe/
cies ꝛ ordo dicūt bona naturalia ipſius aīe. videt ꝙ vnū
ſine altero ꝓuari habeat ꝑ malū culpe. Itē tm̄ vnum
vni oponit. g̃ malū vnū oponit vni bono. aut igit q̄
liber peccatū claudit in ſe tria peccata ſiue mala. aut ſi
vnicū eſt peccatū ſiue malū. videt ꝙ nō tollat ſimul ꝛ ſe
mel iſta tria. Si tu dicas ꝙ iſta tria ꝯcurrant ſimul in
vnū bonum. quero qualiter poſſit intelligi. cum videā
tur differre formaliter. Et iteꝝ cū in oībus habeāt repe
ri. qualiter dicunt ꝑ malū culpe ꝓuari. q̄ nō repit niſi
in ſola creatura rōnali. Ad. ad p̄dictoꝝ intelligentiā
26 eſt notādū ꝙ tripler fuit modus aſſignādi ꝛ diſtinguē/
di modū ſpēm ꝛ ordinē in reb⁹. ⁊ Nā alicꝭ acceperūt iſta
tria ſm diuerſas ꝓprietates in eadē re cōſideratas. ita
ꝙ modus dicat alicꝭ ꝓtinens ad gen⁹ q̄ntitatis. ꝛ ſpe/
cies alicꝭ ꝓtinens ad gen⁹ qualitatis. ꝛ ordo alicꝭ per
tinens ad genus rōnis. Sꝫ iſte mod⁹ aſſignādi nō con
ſonat verbis Aug. ⁊ Nam ipe vult ꝙ in q̄liber q̄ntūcun
q̄ꝫ quo bono. nō ſolū in ſubſtātia ſꝫ etiā in ꝓprietate ſub/
ſtantie ſit reꝑire iſta tria. vñ hec tria ſe extendūt ad oīa
entium ꝛ p̄dicamentoꝝ genera. Alius vero modus
aſſignandi ꝛ diſtinguendi iſta tria ſumit per compari/
onem ad diuerſa. Quelibet em̄ res tripliciter habꝫ conſi/
derari. vicꝫ in ſe. ꝛ ꝑ compationē ad alias res vniuerſi
ꝛ in compatōe ad finē. Ut aūt in ſe conſiderat. ſic attendi
tur in ea mod⁹. ⁊ Nā vnaq̄q̄ res in ſeipa finita eſt et
modificata. Ut aūt cōpat ad res alias. ſic attēdit in ea
ſpecies. ſicut attendit pulcritudo ꝓtium ſm ſitū quem
hñt in toto. Ut aūt compat in relatōe ad finē. ſic atten/
ditur in ea ordo. Unaq̄q̄ em̄ res ordinata eſt dum dire
cte tendit ad finē ad quem eſt. Iſte aūt mod⁹ dicēdi ꝛ ſi
videat elici et verbis Aug. adhuc tñ veritatē pfecte nō
attingit. oībus em̄ alijs reb⁹ circūſcriptꝭ. remanēte vna
ſo[illegible]nia adhuc p̄t peccare. ꝛ adhuc p̄t attendi in ea
[illegible]. ſpēs. ꝛ ordo. Et iō eſt tert⁹ mod⁹ dicēdi p̄dictis
rōnabilioꝝ. q̄ mod⁹ ſpēs ꝛ ordo conſiderant in eadē re ſm
diuerſas cōpationes ſiue relatōes ad idē. Attendunt
ei ī vnaq̄q̄ creatura ſm ꝙ ipa eſt veſtigiū creatoꝛis. qō
q̄dem veſtigiū conſiſtit in compatione creature ad creato
rem ſm triplex genus cauſe. ſicut p̄mo li. dictū fuit. ita
ꝙ modus attendit ſm compationē creature ad creato/
rem rōne cauſe efficiētis. ſpecies in rōe exemplaris cau
ſe. ꝛ ordo in ratione finalis cauſe. Et quia q̄liber ens
q̄ꝫtumcūq̄ modicū habet iſtam cōparationē ad deū. in
q̄liber ente creato reperiūtur hec tria. Juxta hūc igitur
modū attendendū eſt. ꝙ creatura ratōnalis. ꝛ eſt natu/
ra quedā. ꝛ eſt vlterius ꝑter alias creaturas opans per
voluntatē. ꝛ vtroq̄ modo habꝫ coꝛpari ad deū. ꝛ vtroq̄
modo habet reperiri in ea modus. ſpēs et ordo. vtroq̄
etiam mō habet circa eam reperiri malū q̄ eſt iſtoꝝ triū
coꝛruptiuum. ſed malū culpe ꝓprie habet conſiſtere circa
ipſam ſm ꝙ eſt voluntarie operans. ꝛ ideo p̄uare ha/
bent modū ſpeciem ꝛ ordinem ſm ꝙ conſiſtūt circa ipſam
voluntatē vt eſt voluntarie operans. Voluntas autez
cū habet modū ſpēm ꝛ ordinē ſicut debet bona eſt. Tūc
aūt voluntas noſtra bona eſt. q̄n in mouendo ſiue opā
do cōtinuatur diuine virtuti vt principio mouēti. ꝛ cō/
formatur ei vt regule dirigenti. ꝛ vnitur ei vt fini quie
tanti. in primo attendit modus. in ſcō ſpēs ꝛ in ter/
tio ordo. ſm cōparationem in triplici genere cauſe. Qñ/
cūq̄ vero aliquis peccat. neceſſario diſcōtinuat a deo
tanq̄ a principio mouente. quia deus nunq̄ mouet ad
peccm̄. Diſcoꝛdat a deo tanq̄ a regula dirigente. ꝛ elon
gat ſe ꝛ deordinat aliquid a fine quietante. ponēs crea
turā finem. ꝛ in oīm peccato neceſſe eſt iſta tria cōcurre
re. ꝛ ſic patet ꝙ oīe peccatū coꝛrūpit circa voluntatem
hec tria ſcz modū ſpeciem ꝛ ordinem ſimul ꝛ inſepabilit
et cōcedende ſunt ratōnes que ꝺ oſtendunt. Ad ra/
tōnes vero in oppoſitum adductas facile eſt reſpōdere

Ad primū em̄ q̄ obijcitur ꝙ ſemꝑ manet ſalua cōpa 27
tio ad efficiens ꝛ exemplar. ꝺm ꝙ voluntas vt natu/
ra quedā eſt habet ad deū coꝛpari illo triplici genere cau
ſe. ꝛ ſm hoc habet quedam modū ſpeciem ꝛ ordinem in
quibus cōcat cum oīm genere creature. ꝛ malum culpe
non habet hoc mō illa p̄uare. Alio modo ſicut p̄edi/
ctum eſt habet coꝛpari ad deum vt mouentē ꝛ dirigentē
et quietantē. ꝛ hoc modo nō manet ſalua coꝛpatio ad deū
ſub ratōne exemplaris ſiue regule dirigentis. nec etiaꝫ
ſub ratōne mouentis ſicut non manet ſub ratōne finis 28

Ad illud q̄ obijcitur ꝙ in coꝛpoꝛibus vnū p̄t adi/
mi ſine altero. ꝺm ꝙ hec in coꝛpoꝛibus dupliciter p̄t
accipi. Uno mō ꝓut accipiunt penes diſpoſitōnes di
uerſas. ꝛ hoc mō vnum p̄t adimi ſine altero. ſed hoc
modo nō attenditur penes idem ſm coꝛpationes. videz
ꝓut eadem forma ſubſtātialis dat modū ſpeciem ꝛ ordi
nem ſm diuerſas coꝛpatōnes in triplici genere cauſe. Et
hoc dico q̄tum ad primū eſſe. vel ꝓut eadem forma ac/
cidentalis dat q̄tum ad bene eſſe. Et hoc modo nunq̄
fallit quin ſi fiat coꝛruptio in modo ꝑ cōſequens etiaꝫ
fiat in ſpecie ꝛ ordine ꝛ econuerſo. Ad qō obijcit ꝙ 29
in alijs bonis naturalibus nō eſt ita. ꝺm ꝙ non eſt ſi/
mile. quia alia bona naturalia eſſentialiter differūt. et
ideo vnū poteſt coꝛrumpi ꝛ tolli ſine altero. non ſic aūt
eſt in modo ſpecie ꝛ ordine. imo circa idem fundantur
ſicut oſtenſum eſt. et per hoc patet reſponſio ad vltimū
⁊ Nam ſi modus ſpecies ꝛ ordo videantur eſſe tria bona 30
non tamē ſunt diuerſa per eſſentiā. ſed dicunt tres com
pationes eiuſdem boni. Patet etiā illud quod vlti/ 31
mo querebat. quare ſcilicꝫ culpa non eſt in oīm̄bus in
quib⁹ reꝑitur modus ſpecies ꝛ ordo. quia nō eſt p̄ua
tio illoꝝ trium ſm ꝙ in eis conſiſtit generalis ratio veſti
gij. ꝛ conſiſtunt circa omnē creaturā. ſed ꝓut cōſiſtūt cir/
ca voluntatem ad liberatiuam.

Questio. II e

Utrum hec tria q̄ quodlibet pcm̄ corrumpāt̄ equaliter · Et q̄ sic videt · Primo q̄ augusti · in li · de natura boni · vbi hec magna sunt · magnū est bonum · vbi parua paruum · ergo ſm hec tria attendit intentio ⁊ diminutio in omni bono · ergo si idem bonum nō potest esse magis ⁊ min⁹ in seipso · necesse est q̄ cū ista tria priuant q̄ equaliter priuent · Item ista tria sunt vestigiū trinitatis summe vbi est pfecta equalitas ⁊ ꝯsubstantialitas · ergo sicut hec tria ita sunt ꝯsubstantialia q̄ vnū sine altero esse non potest · sic etiam sunt equalia · ergo q̄ tum diminuit de vno necesse est tm̄ diminui de reliquo

Item hec tria priuari nō est nisi bonum priuari sicut prius oñsum est · sed in eodem ⁊ ſm idem nō est magis et min⁹ reperire · ergo si q̄ idem malum ista tria priuātur necesse est priuari equaliter · Item quanto volūtas plus recipit a deo · tanto est deo similior · ⁊ quanto ē deo similior · tanto magis ad deū tendit · ergo necesse est q̄ tantum habet de modo · tantū habet de spē ⁊ ordine · ⁊ si hoc · necesse ē illa tria bona q̄ malum priuari equaliter ·

Sz ꝯtra · videt q̄ malum principaliter priuet ordinē q̄m malicia in opere principaliter attendit penes intētionis deordinatōem · ergo si penes hanc principaliter cōsistit ordo · videt q̄ malum plus habeat priuare ordinem q̄ modū vel speciem · Item modus species ⁊ ordo correspōdent illis tribus vicz vnitati veritati ⁊ bonitati · sed malū principaliter ⁊ plus aufert de bonitate q̄ auferat de vnitate ⁊ veritate · q̄ si hec tria correspōdēt illis tribus · videt q̄ non adimantur ista tria equaliter

Item bis tribus in quib⁹ attendit ratio vestigiū videlicet modo spēi ⁊ ordini corrūdent illa tria in quib⁹ attendit ratō imaginis · vicz memoria intelligentia ⁊ voluntas sed pcm̄ cum deformat imaginē non deformat oīs potentias equaliter · imo principali⁹ ⁊ magis deformat voluntatem · ergo pari ratōne nō corrumpit eq̄liter modū spēm ⁊ ordinem · sed principalius aufert ordinē q̄ modū vl spēm · Iré pcm̄ loquēdo cēntialiter ⁊ ppie deformitas ē · sz oīs deformitas pncipaliter dicē pduātōz forme siue pulcritudinis · q̄ speciei · igit culpa ñ priuat hec tria equaliter · sz principaliter priuat speciez

Item malum aliquo mō potest bene ordinari · sicut dicit Aug · in ench · sed nullo modo pōt spēz habere cū sit pduatio · q̄ videtur q̄ in malo magis fiat priuatio speciei q̄ ordinis · nō fit q̄ priuatio illoz trium equaliter ·

Item nō fit priuatio in aliquo respectiuo nisi q̄ priuatiōez prius factam in aliquo absoluto in aliquid · aliquid em̄ p se et ppie nec est mot⁹ nec mutatio · q̄ si ordo dicit relatiōez ad alterū · non pōt fieri corruptio in ordine · nisi p corruptiōez factam in specie · videt igit q̄ corruptio facta q̄ malum non respiciat illa tria equaliter ·

R⁹ · dōm q̄ cum illa tria vicz modus spēs ⁊ ordo p/
32 ut priuant q̄ modū culpe sunt ꝯditiones eiusdem bone voluntatis · nō solum abinuicem inseparabiles · verūetiā equales equaliter priuāt q̄ qcūq̄ malum culpe · Oēs libet em̄ malum culpe in tantū deordinat inq̄tum facit deo dissimilē · ⁊ in tantū elongat a deo · ita · q̄ quēadmodū gra equaliter reddit animā ordinatā ⁊ speciosam et potentez in bonū · tantum vel magis culpa deordinat ipsaz ⁊ deiicit in malū Et quēadmodū in gloria similit est adequatio donū · sic etiam in culpa eq̄liter fit priuatio horū trium Et ideo sicut dicit visio in gloria est tota merces ppter ꝯnexionē ⁊ equalitatem in dotibus gloriosis · sic etiā vt dicit aug · in li · lxxtū · q · q̄ totuz nomē mali de speciei priuatōne regtum est · non quia q̄ maluz solum spēs priuet vel principaliter · sz quia in priuatione speciei intelligit pluria aliorū · Cōcedende sunt igit rōnes que ad primā ptem inducunt · Ad illud ergo qđ obiicitur q̄ malicia principaliter ꝯsistit penes 33
tionez · dōm q̄ verū est · sed q̄ ipse obiicit q̄ ordo attenditur penes intentionez · dōm q̄ illō intelligitur penes quandā approprīatōez · nā circa ipam intētionez ꝯsistit mod⁹ spēs ⁊ ordo · ex quib⁹ ⁊ bona est intētio · ⁊ bona est actio que ex intentione pcedit · Ad illud vo qđ obiicitur q̄ mō spēi ⁊ ordini tribus bis rñdet vnitas veritas ⁊ bonitas · dōm q̄ vez est put in illis trib⁹ ꝯsideratur generalis rō vestigiū · put aūt in ipis attendit corruptio mali culpe · q̄ ꝯsistit circa volūtatem · hec tria bñt ꝯsiderari in bono ſm q̄ bonū est · sicut in pcedenti pblemate patuit · et ideo eq̄liter q̄ malū bñt priuari · q̄m directe opponit illis Ad illud qđ obiicitur q̄ malū non 35
equaliter deformat oīs potentias imaginis · dōm q̄ nō ē simile · q̄ille potētie sūt diuerse ⁊ ad diuersos act⁹ ordinate · ita q̄ aliqui illoz actuū respiciūt culpā ⁊ iusticiam ſm plus ⁊ minus · nō sic aūt est in ꝓposito nā hec tria sola ꝯparatione differūt · ⁊ cū habeant idez fundamētum · necesse ē q̄ ꝯtum diminuitur vnum diminuatur ⁊ alterz · Ad illud qđ obiicitur q̄ malum culpe est de- 36
formitas · dōm q̄ non tm̄ est deformitas opposita pulcritudini · sz etiā ē deformitas opposita rectitudini · iō nō sequitur q̄ magis priuet spēm q̄ ordinē · nō em̄ dicit deformitas p solā pulcritudis priuatōez · sz etiam in ꝺ intelligit priuatō aliorū magis tm̄ denoīat a priuatione speciei ⁊ forme · ppter hoc q̄ spēs est ratio cognoscendi

Ad illud qđ obiicitur q̄ malum ē ordinabile · dōm q̄ 37
dupler est ordo · Est em̄ ordo ante factuz esse · q̄ ē ex intentione facientis · ⁊ est ordo post factum esse · qui quidē attendit ſm iusticiā rerribuentis · Prim⁹ ordo est ille qui priuat a malo q̄ malum · Et hunc ordinē · malū non potest habere sicut nec spēm · Sc̄os vero ordo non priuat q̄ malum · immo malū est ordinabile in peius ſm ordinem illū · Ad illud q̄ obiicit q̄ nō fit pduatio in respe- 38
ctiuo nisi p aliqđ absolutuz · dōm q̄ taz spēs q̄ ordo vt hic accipitur verūq̄ est respectiuū ideo non magis pduatur vnū p alterū q̄ econuerso · Nihilomin⁹ tm̄ hec tria tollunt p mutatōnem factam circa aliquid absolutum · tūc em̄ priuat cū li · ar · peccat inordinate mouēdo seipz

Questio III f

Utrum p malū cōtingat hec tria corrumpi totaliter · Et q̄ non videt · Aug · in ench · Bonū minui malum est q̄tus q̄tumcūq̄ minuat aliquid remanet · ergo p culpā nunq̄ aufert totū bonum qđ p malū corrumpit · sed tale bonū attendit in mō spē ⁊ ordine ergo ⁊c · Item aug · in li · de natura boni loquens de his tribus · vbi hec magna sunt · magnū bonū est vbi parua ꝓuum · vbi nulla nullū · q̄ si p culpam totaliter fieret horū trū adeptio · fieret peccantis adnihilatio · sed hoc est impossibile q̄ aīa peccando adnihilet · igitur impossibile est q̄ ista tria totaliter corrumpant · Item malum si maluz est aliquid adimit · sed impossibile est q̄ aliquis tot mala faciat ⁊ tātū peccet quin adhuc possit peccare · q̄ nunq̄ tantū peccat quin adhuc inueniat culpa in eo aliqđ bonū qđ possit adimere · sed hoc bonū ꝯsistit in modo specie ⁊ ordine · q̄ ⁊c · Item de nemine desperandum est duz est in via · q̄ q̄tumcūq̄ peccet · adhuc habilitatē habet benefaciendi · sed q̄diu habet habilitatē benefaciendi · adhuc habet aliqđ bonū qđ malum pōt corrūpere et si hoc habet modū spēm ⁊ ordinem · q̄ ista nunq̄ corrumpunt totaliter p malū culpe Item demus qđ in

aliquo corrumpaꝫ totaliter·tunc queritur aut ille desinit esse·aut nō·Si sic·g̃ p peccatū contingit corrumpere substantiā immortalē ⁊ incorruptibilē aīam secz rationalē·qđ est impossibile·Si aūt nō desinit esse· aut g̃ potest peccare aut nō·Si potest peccare· g̃ aliquod bonum pōt pdere·sꝫ b̄· adhuc habet aliq̄d de habilitate et modo ⁊ specie ⁊ ordine q̄ corrumpunt p malū culpe·Si nō potest·⁊ substātia rōnalis q̄ nō pōt peccare habens liberā voluntatē melior est illa q̄ potest peccare·q: deo similior est·g̃ p multitudinē peccatorū q̃ueniret homo ad statum meliorē·sꝫ b̄ est falsum ⁊ impossibile·g̃ ⁊ illō er quo sequit·vicz q̄ mod⁹ ⁊ species ⁊ ordo totalit adimatur p peccatū· Sꝫ ꝯtra·Omne illud a quo fit ademptio ⁊ ablatio·si nō est infinitū·aliquādo totaliter est ademptū·sed oīe bonū qđ est in aīa siue sit habilitas siue potentia finitū est·g̃ si p malū culpe tollit ⁊ adimitur·necesse est q̄ aliq̄n totaliter adimatur· Item si malū adimit·tātū de bono·g̃ maius malū mai⁹ adimit ⁊ duplo malū duplo adimit·sed nullū est peccatum ita magnū q̄n adhuc possit cē maius·g̃ si vnū quum peccatum adimit aliq̄d de bono· possibile est q̄ aīa cōmittat ita magnū peccatū q̄ totaliter adimit bonū quod p peccatum pquatur· Itē quantacūq̄ corpali quātitate data·q̄ntūcūq̄ modicū inde auferaꝫ·vtpote si a mari auferatur gutta aque ꝯtingit intelligere q̄ aliq̄n totū auferatur·g̃ pari rōne videf in q̄ntitate virtutis·q̄ cūq̄ pauꝫ auferꝫ p malū·si bō peccet ꝯtinue·aliquādo totum erit ꝯsumptū· Item sicut se habet gratia ad pniratem·sic se habet culpa ad bonā habilitatez·sed gr̃a adeo potest crescere q̄ oīno auferꝫ pniratē·sicut patet in rp̄o ⁊ beata virgine·in q̄bus fuit tāta gr̃a q̄ nulla fuit in eis ad malū pnitas·g̃ pari rōne videf q̄ adeo pōt crescere culpa·q̄ totaliter pdatur ad bonū habilitas·

Item sicut status glorie ꝯfirmat in bono·ita status dānationis ꝯfirmat in malo·g̃ sicut p gr̃iam reddit homo impossibilis ad malū·ita p dānationē eternā redditur impossibilis ad bonū·sꝫ vbicunq̄ est ad bonū ipossibilitas·ibi nulla ē ad bonū habilitas·si g̃ habilitas ad bonū est illud qđ adimit p peccatū·⁊ cuius mod⁹ species ⁊ ordo tollit p culpam·videf q̄ hec aliq̄n totaliter sit adempta· R⁹·dōm q̄ absq̄ dubio p malū culpe non
39 ꝯtingit oīno remoueri ⁊ priuari habilitatē voluntatis ad bonū·nec modū specie ⁊ ordinē q̄ fm illā attendunt ⁊ b̄ manifeste apparet·q: nunq̄ volūtas pōt esse sine naturali habilitate ⁊ aptitudīe ad bonū·sicut g̃ nō potest voluntas peccando desinere esse·sic nō potest totam habilitatem illā pdere·⁊ modum ⁊ speciē ⁊ ordinē q̄ fm illaz attēdunt totaliter amittere· Et b̄ q̄dem dic̄ Aug. expresse·⁊ cōiter ꝯsentiūt in hoc oēs doctores· Sed q̄liter p peccatū habilitas illa ꝯtinue adimaꝫ ⁊ nūq̄ finiatur siue ꝯsummaꝫ difficile est assignare· Et sup hoc diuersi senserunt diuersimode· Quidā em̄ voluerūt dicere q̄ habilitas illa nunq̄ totaliter tollit·p eo q̄ ⁊ si sit finita in se·est tn̄ ordinabilis ad infinitū bonū ⁊ ad infinitos actus·⁊ tō nunq̄ pōt tolli·nec p peccati magnitudinē·nec p peccati multitudinē· Sꝫ iste mod⁹ dicēdi nō satisfacit·nā habilitas q̄tūcunq̄ diminuaꝫ p petm̄ adhuc est ad infinitū bonū· adhuc etiā est ad infinitos actus·g̃ er illa gr̃a magna est sicut pius erat·g̃ in nullo est diminuta·igit ordinatio ad boni infinitatē vel ad actuū multitudinē nihil facit ad illu⁹ habilitatis diminutionē·imo potius ex b̄ posset argui q̄ nullo mō minuitur·cū infinitū nō sit min⁹ infinito ex ea gr̃a qua infinitum est· Et p̄terea alij dixerūt aliter q̄ illa habilitas ⁊ si semp diminuaꝫ·nunq̄ tn̄ totaliter tollit·q: diuisibilis est in infinitū·⁊ nūq̄ potest adeo p diuisionez diminui·q̄n adhuc possit minor effici·sicut in spūalibꝫ habilitas potētie q̄ est quātitas virtutis·nunq̄ pōt p peccatū adeo qua effici·q̄n adhuc possit minor fieri·⁊ b̄ nihil phiber q̄ aliq̄d sit finitū actu ⁊ infinitū diuisione ⁊ ita q̄ sit sp̄ diminuibile·⁊ nunq̄ totaliter ꝯsumptibile· Sed nec iste mod⁹ dicendi satisfacit· ¶ Nam q̄uis cōtinuū sit diuisibile in infinitū·nunq̄ est tn̄ ꝯtinuū aliquod ita magnū q̄ si ꝯtinuaꝫ diuisione q̄tūcunq̄ parua·⁊ postmodū ꝯsequēter fiat ablatio partis ita parue sicut pius·⁊ sic ꝯsequēter ꝓcedēdo·q̄n aliq̄n totum consumatur·sicut patet si a monte auferꝫ ita modicū sicut est vnus athomus·ergo si malū aliq̄d tollit de habilitate·cuz nō sint ibi infinita tanta·aliquādo erit totaliter ꝯsumpta·Si tu dicas q̄ hoc verū esset si in sequēti culpa tantū adimeret sicut in pma·nunc aūt nō est sic·q: semper minus ⁊ minus adimitur·⁊ ita nunq̄ finitur· Si quis em̄ in diminuendo acciperet millesimā partem diminuibilis·⁊ postmodū millesimam partem residui ⁊ sic procedendo·nunq̄ totaliter tolleret·Si inq̄ hoc modo diceris nō satisfacis·pro eo q̄ maior culpa plus tollit de bono·⁊ minorem culpam precedentem potest subsequi maior culpa·⁊ sic ꝯsequenter ꝓcedendo·ergo semp pōt fieri maior ⁊ maior ademptio·⁊ ita necessario aliquādo poterit fieri illius totius boni consumptio·

Et ideo dixerunt aliqui aliter·vicz q̄ illa habilitas semp minuiꝫ ⁊ nunq̄ finiꝫ·hoc venit ex hoc q̄ est durabilis ⁊ cōtinuabilis in infinitū·q̄uis sit actu finita Unde sicut aqua que est in fonte scaturiente actu finita est nūq̄ tn̄ pōt tn̄ exhauriri quin semp remaneat·ꝓter hoc q̄ est ibi virtus cōtinue influendi·sic ⁊ in ꝓposito dicūt se habere·q̄ ipa habilitas ad bonum oritur habet a libertate voluntatis·⁊ q̄tumcūq̄ voluntas se actu debabiliter·q: tn̄ semp manet libera·semp pōt se ad bonū habilitare· Et ideo sicut si q̄s subtraheret radios soli illuminanti·sol posset ꝯtinue suos radios restaurare·q̄uis habeat actualiter finitatē·sic ⁊ in ꝓposito dicunt se habere et ideo cum petm̄ non possit ipam voluntatē que est radix ⁊ p̄ncipiū illius habilitatis pimere·⁊ volūtas semp possit illam habilitatem ꝯtinuare·malum culpe nunq̄ pōt eam totaliter ꝯsumere· q̄uis aliquo mō possit diminuere·Sed nec iste modus dicendi satisfacit· ¶ Nam si ideo habilitas non finiret ꝓter hoc q̄ ꝯtinue restauraꝫ·sic duo sequerenꝫ incōuenientia· quoz vnum esset q̄ nec habilitas minueretur nisi ad temp⁹ sicut nec aq̄ fontis· Aliud eēt q̄ homo posset resurgere a petō p se ipm̄·si illam habilitatē posset voluntas sine gratia restaurare·⁊ restaurādo cōtinuare· Et ꝓterea ē quartus modus dicendi·vicz q̄ habilitas semp pōt minui et nūq̄ totaliter ꝯsumi·⁊ hoc quia est elongabilis a rectitudine in infinitū· Sicut em̄ linea curua pōt infinities elongari a rectitudine·i· nūq̄ tantū elongari quin adhuc possit magis· Sic cū malum corrumpat habilitatē elongando ipsam a rectitudine·p eo q̄ ipm̄ malus siue malicia est curuitas·⁊ intensio in malo est p recessū a bono·habilitas illa nūq̄ adeo diminuiꝫ quin adhuc possit magis diminui·q: nūq̄ adeo elongaꝫ q̄n magis possit elongari et nunq̄ adeo curuaꝫ quin possit magis curuari·⁊ ideo semp pōt per malum diminui·⁊ nunq̄ totaliter tolli· Hic aūt modus dicendi inter ceteros prolatos magis videf esse rōnalis p eo q̄ fundatur super modū adimēdi ipsius mali· Corrūpit em̄ sicut dictum est p cōgationem a bono sicut aug. dicit ⁊ mgr̃ in fi. di.

recitat in lra. Ad huius igit modi intelligentiā ampliorē habendam notandū est q̄ sic corrumpit ⁊ diminuit culpa habilitatē illā sicut ei opponit. sed nō opponitur illi habilitati fm id qō est. vt p̄dictum est supra. sic̄ put fundat in natura. sed fm id ad quod est. id est p̄ut ordinat a gratia. ⁊ ideo nūq̄ corrumpit eam nec minuit. ita q̄ aliquā p̄tem sui auferat fm id qō est. sz quia recedit ab eo ad qō est. ac p̄ hoc sic minuit q̄ reliquit ⁊ ideo sic corrumpit q̄ nunq̄ totaliter tollit. Vñ sicut dicit magister q̄ concupiscētia ex vsu charitatis cōtinue minuit ⁊ nunq̄ finitur. quia charitas nūq̄ opponitur ipi concupiscētie fm radicē suam ⁊ fm id in quo radicat. sed fm id ad quod inclinat. sic intelligendū est esse in p̄posito. ⁊ illud melius manifestat si sumat exemplū in terminis. Habilitas em̄ illa quā dicimus diminui nō est aliud quā idoneitas anime ad suscipiendū gratiā. ⁊ ad coopandū gratie iam susceptę. In hoc igit dicit culpa habilitatē minuere. q̄ reddit animā minus idoneā ad vtrunq̄. Dum enim homo peccat deum offendit. et er hoc efficitur indignus ⁊ ineptus ad suscipiendū gratiam dei. In hoc etiam q̄ peccat p̄onus ad malū redditur. ⁊ in hoc efficitur ineptus ad opera virtutum. sed planum est istud q̄ nūq̄ est aliquis adeo indignus gratia dei quin adhuc possit esse indignior. quia nunq̄ tātum offendit q̄n adhuc possit offendere. nunq̄ est adeo indignus quin q̄diu est i statu vie sit susceptibilis gratie. ⁊ ita nūq̄ ex illa parte efficitur inhabilis in summo ad susceptionem gratie. Similiter ex parte p̄ntis nullus est adeo p̄onus quin possit adhuc magis p̄onus effici. p̄o eo q̄ voluntas semper est libera. ⁊ ideo nunq̄ p̄ntas in voluntate potest fieri necessitas. et ita potest homo semper fieri magis p̄nus ⁊ magis ineptus ad cooperandū gratie. ⁊ per hoc ex neutra parte totaliter dehabilitatur. Et sic patz q̄ habilitas illa per culpam semper potest minui. ⁊ nūq̄ totaliter tolli. Et ratio huius est quia non minuitur alicuius partis ablatione. sed elongatione. non fm id quod est. sed fm id ad quod est. hoc enim modo illi habilitati opponitur. ⁊ ideo per hunc modum ab ea diminuitur. Concedende sunt igitur rationes que hoc ostendunt. Ad rationes
40 ad oppositum satis plana est responsio. Nam qō obiicit primo secūdo ⁊ tertio per hoc soluitur. quia ille tres rationes ex malo intellectu diminutionis procedunt. Arguunt enim ac si habilitas minueretur fm id quod est. ⁊ eius pars aliquota tolleretur. hoc autez nō est sic sed per elongationem vt dictum est. ⁊ ideo nunq̄ potest tot peccatis dehabilitari q̄n adhuc possit magis pluribus. nec etiam tanto peccato quin adhuc maiori. ⁊ iō dicit Dyoni. q̄ malum est infinitum. nō quia aliquod sit malum summuz quo nihil possit esse peius. sed quia non est aliquod ita maluz quin adhuc possit esse peius ⁊ ideo per quantūcunq̄ malum nunq̄ admittur habilitas fm totum. q̄uis enim sit finita. modus tamē adimendi ipsam protendit se vsq̄ in infinitum. nō infinitate actuali. sed potētionali. que scilicet dicimus q̄ cur
41 uum a recto in infinitum potest recedere. Ad illud vero q̄ obiicitur q̄ gratia totaliter tollit concupiscentiam. Dicendū q̄ quedam est gratia que opponitur ipi concupiscentie fm id quod est. quedam vero que opponitur ipsi solum fm id ad quod est. ⁊ prima est quedam gratia gratis data. ⁊ totaliter potest tollere cōcupiscētiam. dum sanat ⁊ reintegrat naturam viciatam. Alia vero est gratia gratumfaciens. Et de hac dicit Aug⁹. q̄ q̄uis diminuat concupiscentiam. nunq̄ tamē finit eam. ⁊ huic gratie assimilatur culpa respectu habilitatis non alteri. Nam sicut dictum est non opponitur illi habilitati fm se siue fm id in quo est. sed fm id ad qō
42 est. Ad illud quod obiicitur q̄ gloria reddit impossibilem ad malum. Dicendum q̄ etiam pena reddit impossibilem ad bonum. sed tamē aliter ⁊ aliter. quia gloria reddit impossibilem ad malum in hoc q̄ in eo auferetur radix mali ipsa concupiscentia. ⁊ datur plenitudo boni. Damnatio vero eterna reddit impossibilez ad bonum. non quia ibi sit plenitudo omnis mali. nec etiam quia auferatur naturalis aptitudo ad bonum sed quia aufertur merendi spacium. ⁊ deus amplius nō offert gratiam iuuantem ad bonum. Et iō illa ipossibilitas nō dicitur per priuationem habilitatis omnimodam. sed potius p̄pter benefaciendi impedimentū. Unde si aliquis damnatus ad statum vie reduceretur nulla sibi habilitate collata. de nouo habilitatem haberet ad susceptionem gratie. ⁊ propterea q̄uis ordinatio habilitatis impediatur. tamē habilitas nunq̄ totaliter tollitur. Esto autem q̄ concederetur q̄ tolleretur in infermo. adhuc tamen nō sequeretur q̄ totaliter tolleretur q̄ peccatum. Nulla enim culpa ponit homines extra statum vie. ⁊ ideo nec aufert homini habilitatez ad gratie susceptionem.

Disti. xxxvj. Utrum peccatum sit pena peccati.

Liendum est tamen quedam sic esse peccata ⁊c Supra determinauit magister quid sit peccatum fm rem ⁊ diffinitionem. In hac parte inq̄rit vtrum peccatum sit pena peccati. Diuiditur autem ista pars in duas partes. In quarum prima magister mouet questionem illam ⁊ determinat fm opinionem aliorum. In secunda vero fm opinionem propriaz. ibi In nullo tamen preiudicium facrum veritati ⁊c. Prima pars habz tres partes. In prima adducit magister auctoritates quibus ostendit q̄ vnum peccatum sit alterius peccati pena. In secunda vero mouet questionem vtrum peccatum fm idem sit culpa ⁊ pena an fm diuersa. ⁊ determinat iuxta aliorum opinionē. ibi. Et ideo merito queritur. In tertia vero subiūgit illius opinionis maiorem explanationem. ibi. Et licet ex hoc sensu omne peccatum mortale possit dici. Similiter scōa pars principalis in qua istam questionem determinat fm p̄priam opinionem diuiditur in tres partes. In quarū prima determinat propositam questionem fm propriam opinionem. confirmans eam auctoritate sanctorum. In secunda vero determinat quoddam dubium in predictis auctoritatibus propositum ibi Illud autem diligenter notandum est q̄ supraposuimus ⁊c. In tertia vero breuiter epilogat ea que predicta sunt. ibi. Satis diligenter eorū posuimus ⁊c. Et sic in hac tertia parte agitur principaliter de comparatione culpe ad penam. Utrum videlicet culpa sit pena causaliter tm̄. an causaliter simul ⁊ essentialiter. Et q̄uis fm aliquorum opinionem peccatum sit pena tm̄ causaliter. fm tamē opinionem magistri quam in littera innuit non tm̄ causaliter. sed etiam essentialiter pena est.

DI. XXXVI.

Adducit auctoritates quib⁹ ostendit q̄ vnū peccatū sit alteri⁹ peccati pena.

Sciendum est tm̄ quedā sic eē peccata vt sint etiā pene peccatorum. Vñ aug. sup illū locū ps. lvij. supcecidit ignis & nō viderunt solē. ait. Ignis supbie & cōcupiscētie & ire intelligit. Istas penas pauci vidēt. iō eas maxime cōmemorat apl's in epl'a ad Ro. & enumerat multa q̄ pctā sunt & pena peccati. Itē Inter p̄mū em̄ peccatū apostasie & vltimā penā ignis eterni. media que sunt. & peccata sūt & pene peccati. Grego. sup Ezech. ait. Contēnenti q̄ nō vult peni tere ponit de⁹ offendiculū vbi scz graui⁹ impingat. Peccatuz em̄ q̄ p̄ p̄niam citi⁹ nō deletur. aut⁹ peccatū ē & cā peccati. aut peccatū & pena pcti. aut pctm̄ simul & causa & pena pcti. Vnde moyses. Mondū sunt cōpleta peccata amorreoꝝ. Et Dauid inquit. Appone iniq̄tatē sup iniquitatē eoꝝ. Et alius ꝓpheta. Sāguis sanguinē tetigit. i. peccatū pctō additū est. Paul⁹ q̄z ait. Propterea tradidit illos de⁹ in passiones ignominie &c. Et item. Ut impleant pctā sua semp. Johāni q̄z p angelū dicit. Qui in sordib⁹ est sordescat adhuc. Ex his testimonijs colligitur peccatum aliquod. & peccatum esse & penam peccati.

Mouet questionē vtrū peccatū fm idē sit culpa & pena. an fm diuersa. & determinat fm aliorum opinionē. b

Et iō merito querit. vtrum pctm̄ inq̄ntū pctm̄ est sit pena pcti. Q̄ nō videt. cū oīs pena peccati iusta sit. Vñ aug⁹. in li. retracta. Oīs pena pcti iusta ē

a Peccatū est & causa peccati. Scz ōtra. aut peccatū est causa peccati volūtaria aut necessaria. Nō volūtaria. q̄ nihil volūtarie opat nisi q̄d cognoscit & appetitalis aūt est rōnalis creatura. nō culpa. q̄ nō est voluntaria causa. Itē non est cā necessaria. q̄ qui peccauit in

DI. XXXVI. vno peccato nō est necesse q̄ peccet in altero. ergo non videt q̄ aliq̄d mō sit causa. Irez si pctm̄ est cā pcti. aut rōne alicui⁹ boni subtracti. aut rōne defectus. Nō rōne boni subtracti. q̄ tūc magis deberet dici bonū eē cā mali. q̄z peccatū cā pcti. Nō rōne defect⁹. q̄ q̄d nihil est. nullius cā est. intētio em̄ causalitatis in solis entibus repit. ꝓpter q̄d est q̄stio q̄d pctm̄ sit cā pcti & rōe cui⁹ pctm̄ sit cā pcti. R⁹. dōm q̄ cū i peccato duo sint videlicet ꝓuersio & auersio. rōne a vtriusq̄ peccatū habz ad aliq̄d pctm̄ disponere & q̄ pctm̄ aliq̄d dr causare. Ratione q̄dē auersiōis. q̄ in b q̄ ps. lxviij. Osee. iiij. a do auertit elō. Ro. j. gat a bono. & q̄ j. Thes. v. b hō efficit ipotens ad resistendū malo. Rōe ꝓuersiōis sicut act⁹ vni⁹ virtutis disponit ad Apoc. xxij. actū alteri⁹. vt pote act⁹ nutritiue ad generatiuaz. sic vna culpa hz dispone re ad alia. vt pote gula ad luxuriā. Est igit peccatū cā pcti. id ē [illegible] positio trahens siue inclinans ad aliud pctm̄ tam rōne auersiōis q̄z rōne ꝓuersiōis. scz Aug.

rōne auersionis in q̄ cōmunicāt oīa peccata. q̄libz est cā cuiuslibet. rōne ꝑo ꝓuersionis in q̄ distinguunt non q̄libet est cā cuiuslibet. scz pctm̄ vni⁹ generis dispont ad pctm̄ generis ꝓxumi. vt pote spūale ad spūale. vt superbia ad inuidiā. & carnale ad carnale. vt gula ad luxuriam. Ad illud q̄ q̄d obijcit. q̄ no est cā volūtaria nec necessaria. dōm q̄ pctm̄ nō est sufficiens cā pcti. scz dr in b q̄ trahit volūtatē vt cōmittat aliq̄d culpā. & ita reducit ad cām volūtariā. Ad illd q̄d q̄rit vtz sit cā rōne positionis vel defectus. Dico q̄ rōne vtriusq̄. sic̄ visum ē. Cōuersio em̄ inordinata disponit ad aliā ꝓuersionez inordinatā. Et ꝓuersiōe em̄ inordinata augef in nob ꝓcupiat ꝓnitas ad malū. & dū augef ꝓnitas & ꝓcupiat q̄ q̄dā pond⁹ ponit i ata. Q̄d em̄ ē p̄d⁹ in corporibꝫ. hoc amor in spiritibꝫ. Et iō bñ dic̄ Greg. q̄ pctm̄ q̄d p penitētiā nō diluit. mox pōdere suo ad aliud trahit. & ita nec defect⁹ p se fac̄. nec bonū p se. scz vnū cum alio. Illd tm̄ argumētū nō valet q̄z defect⁹ nō p̄t eē cā alicui⁹. q̄ nō p̄t esse cā pcti. Causare ei peccatū nō est causare aliq̄d. scz potius ōficere. vñ est ibi sophisma fm q̄d & simplr.

b Illico vt peccat hō fit in homine illa corruptio q̄ tm̄ fit deo autore. Scz hoc est. q̄z illa boni corruptio siue actiue dicat si/

ue passiue est imagis deformatio. Deformatio aũt imaginis ꝺo displicet. ⁊ nihil qꝺ ꝺeo displicere ẽ a ꝺeo. Jdẽ eñ est fieri ꝺeo autore. ⁊ ꝺeo volẽte. ḡ talis corruptio ñ est a ꝺeo. Jtẽ eadem sunt ꝓncipia actõis ⁊ passiõis. ḡ si corruptio actio nõ est a ꝺeo. videt silr q nec corruptio

2 passio. Rñ. ꝺ. q illud ꝺbũ nõ ẽ dictũ fm opinionẽ mgri. sz fm opinionẽ alioꝝ sicut pz ex ipa serie lre. Sz tñ qꝛ illud ideꝝ videt mgr ꝺixisse i vlca. ꝓcedẽtis dialic rñdẽdũ ẽ q in illa corruptione. ⁊ ẽ ꝺsiderare defectũ ⁊ deordinatõez. est nihilomin⁹ ibi ꝺsiderare passionẽ ⁊ ordinẽ ad ꝓcedentẽ actionẽ. ⁊ q̃tũ ad hec duo vltima corruptõ ista tenet rõnẽ pene. ⁊ qntum ad hꝫ ꝺicit a deo. vicz inq̃tũ pena. simplr aũt loq̃ndo vt dicatur corruptio modi speciei et ordis ẽ a ꝺeo sive deformatio imagis. non admittit sic rõnes oñdũt. ꝓ hꝫ q talis corruptio ⁊ defectũ dicit ⁊ deordinatõez. q est culpa sic̃ sup est oñsus. ⁊ ẽ taꝫ corruptio pena non inflicta nec ꝺtracta sz acta. ⁊ hõ qꝺammõ tenet rõnez culpe sic̃ oñsus fuit in ꝓcedenti ꝺi. Et q̃tũ ad hꝫ nõ intelligit illud qꝺ in lra ꝺr. Et p hꝫ patẽt ea q̃ in lra obꝟciuntur.

c Jn nullo tñ ꝓiudiciũ factuꝝ veritati putat. si qs ꝺicat ipsa eadẽ q̃ pcta sũt. ẽntialit (vt ita ꝺicã) eẽ penas. Postea subiungit q hmõi punitões iuste sũt ⁊ a ꝺeo sunt nec tñ pcta a ꝺeo sunt. Videt hꝫ ee ꝓplicatio ꝺictionis. Primo cñ ꝺicit q vnũ ⁊ idẽ ẽntialit loquẽꝺo ẽ pena ⁊ culpa. ⁊ post ꝺicit q idẽ ipm ⁊ ẽ a ꝺeo. ⁊ nõ ẽ a ꝺeo. Rñ. ꝺm ẽ ad hꝫ q illud ⁊ ꝺsilia intelligẽꝺa sũt cũ reꝺuplicatõe. vt qñ ꝺr q aliqꝺ pctm ẽ pena pcti. ⁊ q pena illa ẽ a ꝺeo. hꝫ intelligit fm q

Rom. j. liqua. Juxta vero ꝓꝺictã intelligentiã pcta sane ꝺicunt pene Tñ apls appellat eas passiões ignominie. qꝛ vt ait auct̃as. licz qꝺã pcta sint q ꝺelectãt. sũt tñ passiões nature noiande. qꝛ ꝑ ea corrumpit natura.

Magis explanat opinionẽ alienã. q nõ oñe peccatum est pena peccati. c

Et licet ex hꝫ sensu oñe peccatũ mortale posset ꝺici pena. nõ tñ omne põt ꝺici pena pcti. Pena eñ pcti. vt ꝓꝺictũ est. ẽ illud cui⁹ cã est aliud ꝓcedens pctm. Nam pctm sic ꝺicit pena pcti respectu ꝓcedẽtis. sic̃ ꝺicit cã pcti respectu sequẽtis Quo fit. vt idem pctm. ⁊ cã sit ⁊ pena pcti. sz alteri⁹ pcti pena. ⁊ alterius cã. Et eñ greg. in moralibus ait. Pctm qꝺ pnia si ꝺiuit. suo põdere mor ad aliꝺ trahit. Tñ fit. vt nõ solũ pctm sit. sz et cã pcti. Ex illo q̃pe culpa subsequẽs oꝛit. Pctm ꝺo qꝺ ex pctõ oꝛit. nõ solũ pctm. sz et pena peccati est. qꝛ iusto iudicio de⁹ coꝛ peccãtis obnubilat. vt ꝓcedẽtꝫ pcti merito etiaꝫ in alia cadat. Que eñ liberare noluit. deserẽꝺo pcussit. Proinde vt aug⁹. ait. Precedẽtis ẽ hec pena peccati. ⁊ tñ etiã ipa pctm est. Judicio eñ iustissimi ꝺei traꝺiti sũt. vt ait apls ꝺe qꝺbusꝺã. siue deserẽꝺo siue alio mõ explicabili siue inexplicabili in passiões ig̃minie. vt crimia crimib⁹ vinꝺicarent. ⁊ supplicia peccãtiuꝝ nõ tñ sint tormẽta. sz et vicioꝝ incremẽta. Illa ḡ pctã q̃ enumerat apls. qꝛ ꝺe superbia sunt. non solũ pctã sed etiã supplicia sunt. Ecce ex his iã fit pspicuũ qꝺaꝫ pctã. etiaꝫ penas ⁊ causas pcti eẽ. ⁊ illud pctm eẽ penã pcti qꝺ cãm ꝓcedẽtẽ hꝫ pctm. atq illud pctm eẽ cãm pcti qꝺ est meritũ sequẽtis culpe. Sz cũ ait crimina crimib⁹ vinꝺicari. ꝺeꝺit i sinuare ea ipa q̃ pcta sunt eẽntialit eẽ penas pcti. i. punitões pcti. Ad hꝫ aũt inquntilli. hec ⁊ ꝺsilia ꝺicta eẽ fm rõnem ꝓꝺictaꝫ ⁊ iõ intelligẽꝺa esse fm ꝓmissã expositionẽ. Intelligẽtia eñ ꝺictorum ex causis est assumẽꝺa ꝺicendi.

Determiat q̃stionẽ ꝓpositã fm ꝓpriã opinionẽ ꝺirmãs eã auctate sctoꝝ. d

d Jn nullo tñ ꝓiudiciũ factuꝝ veritati putat. si qs ꝺicat ipsa eadẽ q̃ pcta sunt essentialit (vt ita ꝺicã) eẽ penas. i. punitões peccatoꝝ ꝓcedẽtiũ. q̃ iuste sunt. ⁊ a deo sunt. nec tñ inq̃tũ peccata sunt a deo sunt. nec inq̃tũ pcta sunt. pene pcti sunt. ⁊ tñ inq̃tũ pcta sunt. puatões boni sunt. Sz vt supra ꝺictũ ẽ. causaliter ⁊ actiue ꝺicunt puatões.

Que aũt qꝺã pcta pene sint. ⁊ ipa pena iusta sit ⁊ a ꝺo sit. eui ꝺeter traꝺit Aug. in li. retractationũ. j. ꝺicẽs qꝺã necessitate fieri abhoie q̃ mala sunt. ⁊ eadẽ iusta pena pcti sunt. d Sũt inq̃t ꝺ qꝺã necessitate facta ꝓbanda. vbi hõ vult recte facere ⁊ si põt. vñ ⁊ illud apli. Rõ qꝺ volo facio bonũ. sz qꝺ ꝺi malũ hoc ago. Et illꝺ. Caro ꝛcupiscit aduersus spm. ⁊ spirit⁹ aduersus carnẽ. Hec ei inuicẽ sibi aduersant. vt nõ ea q̃ vultis faciatis. sz hec oia ex illa mortis ꝺanati one sũt. Nã si nõ est ista pena hois sz natura. nulla ista pcta sunt. Si eñ nõ recedit ab eo mõ q̃ naturaliter fact⁹ ẽ hõ cũ hec facit. ea vtiq facit q̃ ꝺz Si aũt hõ qꝛ ira est nõ est bon⁹. nec hꝫ in ptãte vt sit bon⁹. siue nõ vidẽꝺo qlis eẽ ꝺebeat. siue vidẽꝺo ⁊ nõ valẽꝺo eẽ qlẽ se eẽ õbere videt. peꝛ ẽtã eẽ q̃s ꝺubiter. Qis aũt pena si pcti pena ẽ. iu[illegible] ⁊ supliciũ noiat. Si aũt iniusta ẽ pena. qñ penã eẽ nemo ambigit iniusto aliq̃ ꝺñante. hoi imposita est. Porro qꝛ ꝺe oi potẽtia ꝺei ⁊ iustitia ꝺubitare ꝺemẽtis ẽ. iusta ẽ hec pena. ⁊ ꝑ pctõ aliq̃ ipendit. Rõ eñ q̃s̃ iniuste ꝺñans aut surripe hoiem

3 na illa ẽ a ꝺeo. Utrũ pcti pena. hꝫ ẽ fm rõ. aliq̃ ẽntiã nẽ ordinatõis. licet sint pcta. Et hꝫ innuit ma ⁊ pene pcti gister in lra cuz ꝺic. q ñ inq̃tuz pcta sunt. pene sunt. nec inq̃tũ pcta sunt a deo sunt. q. ꝺ. Cũ i idẽ ꝛcurrant rõ ordinatõis et ordinatõis p assertionem ad diuersa. ordinatio est a deo. ordinatio ꝛo mime. d Sunt inq̃t qꝺã necessitate facta ꝓbanda. Contrarium bui⁹ videt aug. ꝺicere in li. ꝺ duabꝫ aiabꝫ. Dic eñ q illud solũ ẽ peccatũ a q̃ liberũ ẽ abstinere. Et ꝺicẽꝺũ est ad hꝫ q sic mgr determinat infra qꝺam necessitas ẽ ad pcta venialia. pcta saltẽ i vniuersali. Illa aũt rõ ⁊ ẽbũ qꝺ ibi ꝺẽ sedẽ intelligitur ꝺe pctõ actuali mortali. qlit Ro. vij. autẽ necessitas sit ad venialia. hꝫ habebit q̃stionẽ infra suo loco vbi magister inq̃rit ꝺi. xlij.

Agreeꝺit pcta qꝺam eẽ penã peccati. ⁊ penã ipam iustaz ee a deo

Gal. v.

e Addūt quoꝫ ꝙdā actus nō tm̄ essentia sed etiā genere bonos esse · vt reficere esurientē · Querit ꝑ quāto dicit esse bonū in genere · Si q̄ dici bonum absq; circūstātia aliq̄ sup addita · tūc videt ꝙ reficere indigentē nō sit bonū in genere · q̄ est ibi circūstantia debita in eo q̄ reficit Si tu dicas ꝙ bonuz in genere dicit · q̄ est cōe & vniuersale · tūc silr videtur ꝙ oēberet dici bonū i specie · cū generale dicat respectu specieī · Est igit ql̄to ꝑ quanto dicat aliq̄d esse bonū in genere · Querit etiā de sufficiētia ipius diuisionis per tria mēbra videtur em̄ cē insufficiens · q̄ nō tm̄ est bonū i genere & bonū ex intentiōe & cā · sed etiā bonū grē ex gloze · ℟° · dōm ꝙ magister dicit ꝫ bonū nō quocūq; mō · sz bonū ꝑut est in actu · bonū autē hmōi bz cōsiderari i se siue fm se · & sic est bonū nature · Habet iterū cōsiderari fm cōparatōez ad naturā debitā · & sic ō̄ bonū in genere · Habet iterū cōsiderari fm alia tria genera causaꝝ · vt delicet in cōparatione ad efficiēs & formā · & finez & sic est bonū ꝑfectū · Et sic pz sufficiētia · quia oīs actꝰ aut cōparatur ad suū p̄ncipiū efficiēs solus · Aut cōpat ad suū p̄ncipiū efficiens ꝑut respicit debitū obiectū · Aut compat ad suū p̄ncipiū efficiēs ꝑut respicit debituz obiectū & finē ⁊ gruū · Bonū aūt fm ꝙ respicit naturaz debitā dicit cē bonū in genere · ꝑ eo ꝙ sicut gen⁹ dicit cē potuit velut ignorāti deo · aut extorq̄re inuito tāq̄ inualidiori vt hoiem iniusta pena cruciaret · Relinq̄t ḡ vt hec pena iusta de dānatiōe homis veniat · His atq; alijs plurib⁹ testimonijs docet q̄dā eē pctā & penas peccati eēntialit̄ ·

Quedaz fm dubio pctā sunt & pene vt ira & inuidia.

Preterea nullaten⁹ ambigendū est q̄dā pctā absq; vllo scrupulo penas eē vt inuidia q̄ē dolor alieni boni · & ira · q̄ etiā nō i q̄tū pene sūt · pctā sūt · Ita etiā de cupiditate & timore et alijs hmōi sentiēdū ē · Vñ aug · in li · lxxxiij · q · ait · Oīs pturbatio passio · oīs cupiditas pturbatio oīs ḡ cupiditas passio · Ois x̄o passio cū ē in nob · ipsa passione patimur · Ois ḡ cupiditas cū ē in nob ipa cupiditate patimur · & in q̄tū cupiditas est patimur ea · oīs aūt passio in q̄tū ipa patimur nō ē pctm̄ · ita & de timore · nō em̄ ꝓ̄us est vt si patimur timorē · ideo nō sit pctm̄ · q̄ multa sunt pctā q̄ patimur · sz nō in q̄tum patimur eis ·

4

Determiat q̄dā dubiū i auctoritatib⁹ ꝓ̄dict̄ positū · e

Illud aūt diligēter est annotādū q̄d supra posit̄ x̄bis aug · dicētis q̄dā necessitate facta eē ip̄obāda & mala · videt obuiare q̄d Hiero · ait i explanatōe fidei · q̄d sz supra sit positū · tū vt pfecti⁹ sciat · iterare ñ piget Execram⁹ inq̄t eoz blasphemiaz q̄ dicunt ip̄ossibile aliq̄d hoi a deo eē p̄ceptū · & mādata dei ñ a singulis sz ab oib⁹ in cōe posse seruari · & paulo post · Et rā illos errare dicim⁹ q̄ cuz manicheo dicūt hoiem pctm̄ vitare nō posse · q̄ illos q̄ cū Jouiniano asserunt hoiem nō posse peccare in potēcia ad esse cōpletum · que cōplet ꝑ aduentū differentiaꝝ · sic in actu transeunte sup naturā debitā q̄dam modo inchoat bonū motis · Illud aūt bonū motis specificat & cōplet ꝑ aduentū circūstātiaꝝ · vnde potest fieri & bñ & male · Similiter intelligendū est de malo in genere · Quātis aūt bonū & malum possint differenter fieri et bene & male · nihilomin⁹ tm̄ bonum quātū est de se dic̄ inchoationem boni · & maluz similiter mali · & ideo nomen boni tenet quia in ipso saluatur ratio generis Vñ bonū nature respectu boni motis est · quasi in potēcia materiali que ē potēcia passiua bonū aūt in genere aliquo mō ē bonū motis ex hoc ꝙ transit supa materiā debitam · & ideo assimilatur potēcie generis que est aliquo modo actiua · Genus enim est forma vt dicit philosophus · licet per comparationem ad differētias in diffinitione sit sicut materia · Et ꝙ hoc patz responsio ad obiecta · Si ā bonum ex circūstantia contineri potest sub bono perfecto · vel sub bono in genere · Si enim est induruz omnibus bonis circumstantijs cōtinetur sub bono perfecto Si autem deficit in aliqua circumstantia · reducitur ad bonuz in genere · sub bono autem perfecto comprehēdit actꝰ gratuitꝰ & gloriosus Possent aūt plura queri de hac materia · sz alibi magis habent locum q̄z hic ·

Ecce hiero · dicit errorē eē · si q̄s dicat hominē vitare pctm̄ non posse · Qui aūt dicit quedā necessitate fieri · quedā dicit ñ posse vitari · Luz ergo id Augusti · dicat · Videt aut erroris eē q̄d tradit · aut nō eē verꝫ q̄d Hiero · ait · Ad quod dici potest q̄ Auguſt · dicit fm statum huius miserie ad quā pertinet ignorantia & difficultas · vt idem ait in li · de libe · arbi · q̄ ex iusta damnatione descenderūt · illud tradidit vbi & venialia peccata inclusit · Hiero · vero tm̄ de mortalibus peccatis loquitur · q̄ vnus quisq; gratia illuminatus vitare valet · vel de homine fm statum liberi arbi · ante peccatum illud ait ·

Epilogum facit ad alia trāsiturus · f

Satis diligenter eorum posuimus scientiā qui dicunt omnes actus naturas esse · & in q̄n tum sunt bonos esse · i quo tractatu quedam interseruimus que nō ex eorum tm̄ ꝓsona accipienda sunt · quia ab omnibus catholice sapientibus absq; hesitatione tenentur · atq; auctorum testimonijs & rōnib⁹ eoruz traditionē muniuim⁹ · q̄ dicūt omnes actus eēntia sui · i · in q̄n tum sunt eē bonos · Quosdam x̄o in q̄tū inordinate fiunt peccata esse ·

Addunt q̄z quosdā actꝰ nō e tm̄ essentia · sed etiā genere bonos eē · vt reficere esurientem q̄ actus est de genere opez misericordie · Quosdā x̄o actꝰ absolute ac ꝑfecte bonos dicunt · q̄s ñ solū eēntia vi⁹gen⁹ · sz etiā cā & finis cōmēdat · vt sunt illi q̄ ex bona volūtate ꝓueniunt · & bonū finē metiunt ·

AD intelligẽtiã buiꝰ ptis circa tria incidit hic q̃/
stio. Primo q̃rit de cõpatõe culpe ad penã fm
idẽtitatẽ. Scõdo ẽo q̃rit de cõpatione culpe ad
penã fm inseparabilitatẽ. Tertio q̃rit de cõpatione pene
ad diuine iusticie eqtatẽ. Circa pmũ duo q̃runt. Pri
mo q̃rit vtrũ vnũ pctm̃ sit alteriꝰ peccati pena. Scõ
q̃rit vtrũ passiones aie sint pene tm̃. an pene sil' t pctã.

Questio I a

Utrũ pctm̃ sit pena pcti. Et q̃ sic videt Apoc. vlti.
Qui in sordibꝫ est sordescat adhuc. glo. Justũ est. ꝫ esse
in sordibꝫ nõ est aliud q̃ esse in pctis. t sordescere nõ est
aliud q̃ peccare. g̃ pctm̃ est meritũ alteriꝰ peccati. igit
a relatiuis pctm̃ sequẽs est retributio pcedẽtis. ꝫ retri/
butio pcti nõ est nisi pena. g̃ tc. Itẽ grego. exp̃sius
dicit. t habet in lra. Inter pmũ peccatũ apostasie. t vl/
timã penã ignis eterni. media q̃ sunt. t peccata sunt et
pena peccati. Itẽ Isiõ. Deꝰ occultã superbiã clericoꝝ
vindicat p manifestã luxuriã. ꝫ vindicta pcti est pena
g̃ manifesta luxuria est pena superbie. Item er b̃ q̃ bõ
peccat meret a deo relinq̃. ꝫ er b̃ q̃ relinquit cadit ꝛse/
quẽter in aliud peccatũ. g̃ si b̃ iustũ est. q̃ vnũ pctm̃ cõ/
misit. meret p ꝛõis dimitti cadere i aliud. g̃ si dimissus
cadit in aliud pctm̃. illud q̃õ seq̃tur ordinẽ habꝫ
ad pmũ sicut ad meritũ. ꝫ oẽ tale ẽ pena peccati. g̃ tc.

Itẽ oẽ illõ q̃õ ẽ pcti pena in q̃ bõ dãnificat t ledit.
t in q̃õ p illud pctm̃ inducit. ꝫ superbo hocp̃o q̃ vult ali/
um excellere. necessario cadit in inuidiã q̃ videt aliuꝫ
se supare. Sicut em̃ dicit Aug. in li. de vera relig. Ne
cesse hꝫ alũ inuidere. q̃ nõ vult ab alio supari. g̃ videt q̃
inuidia sit pena superbie. t inuidia absq̃ dubio est pctm̃
g̃ pctm̃ est pena peccati. Sꝫ ꝯ. Ois pena peccati est
laudabilis. t nulla culpa est laudabilis. g̃ nulla culpa ẽ
pena pcti. Maiorꝫ patet. q̃ oẽ q̃õ iustũ est. laudabile
est. ꝫ ois pena pcti est iusta. sicut dicit Aug. t habet in
lra. Minorꝫ ẽo p se patet. Itẽ ois pena est ordinati/
ua culpe. t p b̃ facies ad vniuersi decorẽ. ꝫ culpa subse
quẽs nõ ordinat culpã pcedẽtẽ nec decorat. imo magis
deturpat. g̃ culpa nõ est peccati pena. Itez si culpa
subsequẽs est pena pcedẽtis. g̃ a relatiuis culpa pcedẽs
est meritũ sequẽtis. pari rõne illa culpa q̃ est subseq̃ns
est meritũ alteriꝰ. t sic deinceps. si g̃ nullũ pctm̃ debet
remanere impunitũ. videt q̃ hõ debeat peccare ineter/
num. si g̃ b̃ est incõueniẽs t indignũ. patet q̃ pctm̃ non
est pcti meritũ. igit nec vnũ pctm̃ est alteriꝰ punitiuũ.

Itẽ si sequẽs pctm̃ punit pcedẽs. g̃ cũ deꝰ nõ puniat
bis in idipsm. culpa seq̃nti ptractata. culpa pcedẽs nõ
dꝫ puniri. aut si punit. nõ dꝫ tantũ puniri. q̃ si b̃ esset
vez. reportaret ꝯs comodũ de malicia. Et si b̃ est incõ
uenies. pz tc. Itẽ si pctm̃ est pena pcti. t deꝰ nõ pu/
nit supra cõdignũ. nũq̃ pctm̃ sequẽs eẽt maiꝰ peccatuꝫ
pcedẽti. q̃ si b̃ de plano est falsum. q̃ de minori pctõ de
uenit ad maiꝰ. planũ est q̃ pctm̃ nõ ẽ pena pcti. Rñ.
dõm q̃ absq̃ dubio sicut auctates sanctoꝝ exp̃sse dicũt
tenendũ est q̃ pctm̃ est pena pcti. Sꝫ aduertendũ est q̃
circa b̃ est dupler modꝰ intelligẽdi fm q̃ magr̃ in lra in/
nuit. Quidã em̃ dicere voluerũt q̃ pctm̃ est pena pcti.
nõ tamen essentialiter siue fm id q̃õ est. ꝫ ratione eius
quod concomitatur. vel ratione eius quod consequit
sicut pz q̃ pctm̃ manifestũ ex q̃ ꝛsurgit infamia. dr esse
vindicta pcti occulti. nõ rõne ipsiꝰ trãsgressionis. ꝫ rõe
infamie ꝛsequẽtis. Vel pctm̃ in q̃ est manifesta ignorã
tia est pena pcti superbie. sicut pctm̃ heresis t alia hmõi.
q̃ vocat apls passiones ignominie. pena ẽ rõne ignorã
tie. nõ rõne culpe. Et breuiter q̃libet pctm̃ põt dici pe
na pcti pcedẽtis rõne lesionis quã inferꝫ. t sic idẽ dicit
pctm̃ t pena pcti causalit. ita tm̃ q̃ pctm̃ dicit eẽntialit
t pena pcti causalit. Sꝫ q̃m fm istũ modũ nõ tm̃ vnuꝫ
pctm̃ posset dici pena alteriꝰ. sed etiã vnũ pctm̃ posset
dici pena sui causaliter loq̃ndo. q̃ peccãs seipm̃ ledit.
Et ita sicut oñsum fuit in pcedẽtib. nõ tm̃ actio inor/
dinata est culpa. verũtiã ipa deformitas q̃ remanet in
aĩa. t ipa aĩe deformatio nõ modica est ei pena. Et rur/
sus sicut rõnes pme oñdunt q̃dã ordinatio meriti t re/
tributionis est inter culpã pcedẽtẽ t sequẽtẽ. etiã q̃tuꝫ
ad id q̃ culpe sunt. Jõ est alia opinio cui magis videt
ꝛsentire mgr̃. q̃ pctm̃ sequẽs nõ tm̃ causalit. ꝫ etiã eẽn/
tialiter (vt sic loq̃mur) est pena pcti pcedẽtis. t b̃ dicẽ/
do sicut mgr̃ dicit in nullo sit ꝓiudiciũ veritati. imo b̃
est satis planũ. Nã pena duo dicẽ. t dicit malũ siue dã/
nũ. t dicit ordinẽ ad pcedẽs meritũ. t b̃ duo ꝛtingit re/
periri circa sequẽs peccatũ. Dãnificatio em̃ t nocumẽ
tũ est i ipo fm q̃ pctm̃. eo em̃ est pctm̃ q̃ nocet. t magnũ
malũ incurrit q̃s cũ incidit in pctm̃. etiã si nihil aliud de/
beret habere posteriꝰ. Ordinatõez ẽo bz in eo q̃ seq̃ns
hocp̃m em̃ q̃ hõ est in pctõ. dignꝰ est dimitti cadere in
aliud. Jurta illud apoc. vlti. sicut dicit in glo. Justum
est vt q̃ in sordibꝫ est sordescat adhuc. Cõcedẽdũ est igit
simplr̃ q̃ peccatũ põt ee pena pcti. vt exp̃sse dicũt auto
ritates sanctoꝝ. Ad illõ ẽo q̃õ pmo obijcit q̃ ois pe 6
na est laudabilis. dõm q̃ illa ꝓpositio dupliꝛ pt intelli/
gi. Aut q̃ laus attribuat pene fm id q̃õ est. aut inq̃tuꝫ
pena. Si attribuitur pene fm id quod est sic est falsa
multe em̃ sunt pene q̃ sunt passiões iq̃minie. t nõ sunt
laudabiles sed vitupabiles. Si aũt attribuat pene sub
rõne pene. b̃ est inq̃tũ ẽ pcedẽtis pcti punitiua. sic ois
pena est laudabilis. ꝓpr̃ b̃ q̃ ordinata ẽ. t p cũdẽ modũ
intelligẽda ẽ b̃ ꝓpositio. Ois pena ẽ iusta. Luꝫ g̃ inser
q̃ pctm̃ sit iustũ vel q̃ sit laudabile. est ibi sophisma fm
accidẽs. q̃ ꝓcedit a laudabilitate ordinis. ad laudẽ rei
ordinabilis. b̃ aũt nõ sequit. q̃ freq̃nter laus ordinis ex/
tranea est ordinabili. maxie cũ illud q̃õ est vitupabile 7
ordinat ꝛuenienter t laudabilit. Ad illud q̃õ obijcit
q̃ ois pena est ordinativa culpe. dõm q̃ verũ ẽ q̃ eo mõ
ordinat q̃ mõ punit. t illa q̃ simplicit est pena t simplr̃
punit. ẽ simpliciter ordinativa. t illa q̃ sufficiẽter punit
sufficiẽter ordinat. Que ẽo est pena fm q̃d t nõ punit
sufficiẽter. ordinat fm q̃d. t verũ est illud q̃ sicut q̃dã or/
do laudabilis ẽ. licet magis manifestꝰ pene infernalis
ad culpã. ita q̃dã ordo est laudabilis licet minꝰ manifo
stus pcti subseq̃ntis ad pctm̃ pcedẽs. t in b̃ ordine lau/
dat diuina iusticia. q̃ cõmittentẽ vnũ pctm̃. iusto iudicio
ꝑmisit labi in aliud. Ad illõ q̃õ obijcit q̃ culpa pce/ g
dens ẽ meritũ seq̃ntis. dõm q̃ est meritũ ꝛgrui. t̃ me/
ritũ ꝛdigni. t cũ dicit culpa pcedẽs ẽ meritũ sequẽtis.
b̃ nõ est q̃tũ ad meritũ ꝛdigni sꝫ ꝛgrui. que quidem cõ
gruitas in alia congruitate defacili potest recompen/
sari. Sicut enim est congruum q̃ deus peccatorem p/
mittat labi in aliud peccatũ. sic est etiam congruum vt
quia male vsus est vita. eam sibi auferat. t in infernuꝫ
demergat. Sicut etiam congruum est vt dimittat euꝫ
cadere in aliud peccatum. sic etiam congruum est vt si
velit abstinere der ei auxilium vt in aliam culpam non
coꝛruat. Ad illud quod obijcitur q̃ deus non punit q
bis in idipsum. Dicendũ q̃ peccatum sequens non aꝛgat
pena in qua fieret retributio de condigno. sed solum de
congruo. Et sic retributio eius q̃õ meret quis q̃tuꝫ ad
meritũ congrui. nõ ꝓiudicat ei q̃õ meret q̃tum ad meri
tum condigni. Dat em̃ deꝰ iustis bona in ꝑsenti. non
